Bodleian Libraries
UNIVERSITY OF OXFORD

This book is part of the collection held by the Bodleian Libraries and scanned by Google, Inc. for the Google Books Library Project.

For more information see:

http://www.bodleian.ox.ac.uk/dbooks

This work is licensed under a Creative Commons Attribution-NonCommercial-ShareAlike 2.0 UK: England & Wales (CC BY-NC-SA 2.0) licence.

# DISPVTATIO INAVGVRALIS IVRIDICA
## DE
# POENIS, IVXTA CVIVSCVNQVE DELICTI MERITVM IVSTE ÆSTIMANDIS.

*QVAM*

DEO OPT. MAX. CLEMENTER ANNVENTE

*EX DECRETO ET AVTHORITATE AMPLISSIMI IVRISCONSVLTORVM IN ILLVSTRI IVLIA ORDINIS,*

SVB PRÆSIDIO

*Ampliſſimi & Conſultiſſimi Viri,*

**DN. IOHANNIS LOTICHII ICTI,**

Profeſſoris Ordinarii, Facultatis Iuridicæ p.t. Decani, Dn. Fautoris & Promotoris ſui plurimùm honorandi,

*PRO SVMMIS IN VTROQVE IVRE PRIVILEGIIS ET HONORIBVS DOCTORALIBVS CONSEQVENDIS,*

*Publico examini ſubiicit*

IVSTVS-GEORGIVS SCHOTTELIVS,

Einbecenſis, Dicaſterii Guelphici Aſſeſſor.

IN NOVI IVLEI AVDITORIO MAIORI,

Horis ante & pomeridianis,

Ad diem XXI. Septembr.

*HELMÆSTADII,*

Ex Officina HENNINGI MVLLERI, Acad. Typ.

Anno cIↄ Iↄc XLIII.

BIBLIOTECA·ROM

*ILLVSTRISSIMIS, CELSISSIMISQVE PRINCIPIBVS, AC DOMINIS,*

# DN. ANTHONIO VLRICO
*ET*
# DN. FERDINANDO ALBERTO,

## Ducibus Brunſvvicenſium, & Lunæburgenſium &c.

*DOMINIS MEIS GRATIOSISSIMIS.*

CELSISSIMI PRINCIPES, Sextus jam annus labitur, ex quo ILLVST.MAS VESTRAS CELSITVDINES equidem lætanti animo primùm aſpexi, Earumque ætatulam (ut ita loquar) & tenellos annos, licet ego

indignus, fideli tamen & informandi &
educandi curâ tractare, & ipſam honeſt
pietatiſque dulcedinem inſtillare cæpi
Sextus decimus autem jam eſt dies, ex qu
amabili ILLVST. VEST. CELSITVDINV
adſpectu, ſolitisque quotidianis alloqui
equidem deſtitutus, & in ILLVSTRI VESTR
IVLIA occupatus fui, poſt examinum ſo
lita, conſenſu & approbatione Amp
ICtorum ordinis, in diſputatione inaugu
rali habendâ. Quam quidem, quia ſub
ſequentibus diebus ipſe, ob negotij hu
jus conſueta, reditum meum tam ſubit
maturare non potero, ad ILLVST. V
CELSIT.NES interim præmittere, Nomin
etiam ILLVST. VR. CELSIT. hiſ
theſibus præponere, & brevis præfatiun
culæ alloquio Eaſdem humiliter ſaluta
volui. Verùm, ipſa hujus materiæ tract
tio non videbitur idonea aut digna pag
nam primam adſpectu nominum ILLVS
VR. CELS. implere, & initium ſuum t
liter nobilitare; (quamvis tamen hæc ma
teri

teria criminalis, ob gravitatem ſuam & immenſam latitudinem ipſa ſit non modò ſatis celebris, ſed etiam non minùs, quàm ipſius virtutis cognitio, ad juſtè conſervandam ſocietatem humanam, neceſſaria) attamen VOS, PRINCIPES ac DOMINI MEI CLEMENTISSIMI, AMANTISSIMIQVE, procul dubio affectui meo, & ſinceræ devotioni facilè ignoſcetis, & vel quamlibet addictæ fidelitatis meæ opellam, gratioſo aſpectu & clementi manu accipietis. Nihil ſanè ex rebus humanis tàm dulci & tàm jucundo delectamine animum meum penetrare poteſt, quàm recordatio Veſtri illius indefeſſi in Virtutem ipſam amoris, & alacris ille veſter floreſcentium annorum vigor, quo tam lubeſcentes ducimini, imò Voſmetipſos ducitis ad id, quod Deo gratum, Vobis decorum & Principe dignum eſſe ſolet, & vos ſcire poteſtis. Meum autem non eſt, nec hic locus, illam veſtram indolem amæniſſimam, illam veſtram egregiè excellendi lubidinem plu-

 ribus

ribus prædicare: Vos ipſi, PRINCIPE
DVLCISSIMI, dediſtis non ſemel, coran
SERENISSIMIS VESTRIS PARENTIBVS
& adſpectantibus non ſine admiration
pluribus alijs, veſtræ, annos pueritiæ ſu
pergredientis capacitatis exempla. Pe
gite modò inoffenſo curſu, & exoptat
corporis & animi benedictione, quam Vo
bis ab omnipotente animitùs precor; & e
laudis illius, quâ innoteſcitis, publico te
ſtimonio vel aliquid ſaltem duraturi in
citamenti aſſumite. Vberes gemmæ no
tantùm pulcros flores protrudunt, ſed &
indicium ſunt divitum fructuum mo
proventurorum: VOS & CORPORI
DECORE AMABILISSIMI & MENTI
PVLCRITVDINE FORMOSISSIMI PRIN
CIPES, impleviſtis hominum animos ſin
gulari exſpectatione & admiratione; aſſu
mat ergo robur indies Spes Veſtri, ſiti
AVGVSTISSIMIS VESTRIS PARENTIBV
ſummo oblectamento & gaudio, ſitis Pa
triæ & quam plurimis ſolatio & futuro ſu

ſtenta

ſtentamento: ſitis in ipſius DEI & Sanctorum angelorum perpetuâ curâ, benedictione & omnis gratiæ lætiſſimâ fruitione. Optat & expetit hoc Vobis, & prece ardentià DEO ſollicitat

*PRINCIPES ILLVSTRISSIMI*
*Domini mei gratioſiſſimi*

*Illuſtr. Celſ. Vr.*

*Dabam ex Academia*
*Iulia* XVI. *Septemb.*
*Anno* M DC XLIII.

*Informator*

IVSTVS-GEORGIVS SCHOTTELIVS.

DISPV-

# DISPVTATIO INAVGVRALIS
# DE
# POENIS JVXTA MODVM CVIVSCVNQVE DELICTI IVSTE ÆSTIMANDIS.

## Theſis I.

DOctrina rerum criminalium, iuxta *Clarum lib. 5. in princ. §. fin.* omnium, quæ in foro verſantur, eſt maximè ſcitu neceſſaria. Nulla enim adeò frequens eſt, nulla huic utilitate & gravitate comparari poteſt, cum hîc non de tritico aut oleo legato: ſed de hominum fortunis, exiſtimatione ac capite agatur, quibus rebus in orbe terrarum nihil eſt pretioſius. Pœna namq; temporalis eos, quos divinus terror à malo revocare non poteſt, ſæpe à peccato cohibet *c. 13. extra de vita & honeſt. clericorum.* Societas humana præmio & pœnà quaſi anchoris, ſalva & tuta retinetur, juxta *Solonis* ſententiam. Quia boni tàm metu pœnarum quàm præmiorum exhortatione efficiuntur *l. 1. §. 1. ff. de iuſt. & iur.* Ideo quod acerbitas ulciſcendi maleficii diſciplina ſit bene cauteque vivendi, *teſte Gellio lib. 20.*

 cap. 1.

*cap. 1.* Congruit bono & gravi Præſidi, ait *Vlpianus l.* *ff. de offic. Præſidis*, ut pacata atque quieta ſit provinci quam regit, quod non difficile obtinebit, ſi ſollicitè gat, ut malis hominibus Provincia careat, eoſque c quirat & in eos animadvertat. Purganda ab eo prov cia malis hominibus *l. 3. ff. de officio Præſidis*. In corp humano, inquit *Cicero Philip. 8.* ſi quid eſt hujuſmo quod reliquo corpori noceat, uri ac ſecari patimur, membrorum aliquid potiùs, quàm totum corpus per Sic in reipub. corpore, quicquid eſt peſtiferum, ampu mus. Omnia ergo judicia, *ait idem Cicero pro Cecina*, diſtrahendarum controverſiarum, aut puniendorum leficiorum cauſa, eſſe reperta. Et judices, *ait idem in cunda in Verrem*, qui nocentes liberant, tàm grande faci committere, quàm reos ipſos. Hinc *Impp. in l. 2. C commerciis & mercator.* quod judex, qui non vindicat lictum tanquam conſcius tegere criminoſa feſtinet. I gravi infamia eſt notandus judex, *per l. 8. §. ult. C. ad l. de vi publ.* qui crimen probatum aut diſtulerit, aut punitate donaverit. Et interdum ipſe idem pati de quod aliis diſſimulando conceſſit. *l. 3. C. ne Sanctum B tiſmaiter.* De Carolo Primo referunt, quod juſſerit dicem quendam ſuſpendi, qui homicidam pœnâ ma tantum punierat. *v. Tiraq. in præf. ad pæn. n. 9.* Iuſti nus etiam Imperator *Nov. 141. in fin.* ait: Deum co judices irritari, ſi omiſſo circa ſcelera atrocia ſint ani Quamobrem rectè *Plutarchus* vocavit pœnam, Comit Dei, ultricemq; in delinquentes. Et *Hierocles*: ἰατρ πονηρίας malitiæ medicatricem. Et *Clemens Alexandri* Κακῦ ἀνταπόδοσιν mali retributionem. *Proſp. Farinaceus* li evitationem, malorum medicinam &c. *in prax. cr lib. 1. tit. 3. quæſt. 17. n. 3. ſeq.*

II. Pœ

## II.

Pœna *iuxta Varronem lib. 4. ling. Latin.* à puniendo vel à pœnitendo dici poteſt, quod poſt peccatum ſequatur, quia pœna eſt, ut *Vlpianus ait l. 131. de V. S.* noxæ vindicta. Sumitur etiam Pœna pro uſura, *ut in l. 40. ff. de reb. creditis.* Pro eo, quod intereſt *l. 19. ff. iudicatum ſolvi l. 10. ff. de eo quod certo loco.* Pro culpa *l. fin. ff. de fideiuſſor.* Sed hæ, & ſi quæ ſunt aliæ ex legibus colligendæ Pœnæ generatim ſumptæ ſignificationes, ſunt extra noſtrum propoſitum, quod ſolummodo de pœnis, tanquam criminum, iniquitatumque ſequelis, aut, ut *Vlpianus l. 131. ff. de V. S.* ait, de delictorum coercitionibus eſt ſollicitum. Pœnam ergo, generali ſignificatu, definiamus cum *Hugone Grotio lib. 2. de Iur. pac. & bell. c. 20. n. 1.* MALVM PASSIONIS QVOD INFLIGITVR OB MALVM ACTIONIS. Præcedat ergo delictum, unde Pœna oriatur, quia nulla coercitio, quæ præcedens delictum non reſpicit, pœnæ nomen aſſumere poteſt. *Bart. & alii in l. ubi Pactum. C. de Tranſact. Iaſ. in rubr. C. ut ne privat. in pri. Decius. conſ. 256. n. 2. Marſ. conſ. 128. n. 25.* Et nulla pœna, *ut eſt dictum Auguſtini,* juſta eſt, quæ non peccati pœna eſt.

## III.

Poſitæ Definitioni non adverſabitur, operas quaſdam, aut privationis incommoda, pœnæ nomine quibuſdam injungi, ut coactis officio Carnificis fungi *vid. Gotof. ad l. 31. ff. de pœnis lit. u. Iul. Clar. lib. 1. §. fin. quæſt. 99. n. 4. Pariſ. Put. de Syndic. fol. 324.* Damnatis ad triremes, aut urbis Cloacas evacuandas, aut detruſis in ergaſtulum, &c. aut juſſis δημοσίων ἀπέχεσθαι *l. 9. & 8. ff. de pœnis,* aut negotiatione aliqua interdictis, aut prohibitis pœnæ loco,

 ne mu-

ne munus aut honorem petere poſſint *l. 7. §. 21. 22.*
*interdict. & relegat.* Nam hi omnes, quicquid aut ag
aut quibus abſtinent, id ſanè coacti agunt, atque ſ
malum ferunt. In iis igitur violenter ſuſceptam vo
tatem, ipſamq́; volendi coactionem inſpicimus, atqu
paſſionis malum collocamus.

IV.

Cui jus pœnam infligendi competat, diſtinctè
notabimus. Si naturalis rationis ſuaſum conſuluerim
convenientiſſimum erit, ut *puniens* ſit ſuperior, vel
tem non æquè nocens, aut cui nihil ſimile objici pot
Quiſquis alium punire vult, rectoris, id eſt, Patris q
dammodo Perſonam ſuſcipit. Eo modo ſapien
nunquam eſſe privatum putat *Cicero:* Et virum bon
ut aſſerit *Plutarchus*, à naturâ perpetuum deſignari m
ſtratum. *Et Seneca:* nullam authoritatem habet ſent
tia, ſi damnandus damnat, ἐν ᾧ γὰρ κρίνεις τὸν ἕτερον, inq
*Apoſtolus ipſe Rom. 2. v. 1.* σεαυτὸν κατακρίνεις, τὰ γὰρ αὐτὰ π
σσεις ὁ κρίνων. add. *Matth. 7. verſ. 5. Ioh. 8. v. 7.*

V.

Quandoquidem autem ira ſui impotens, ſuarun
injuriarum iniqua æſtimatrix eſſe ſolet, & humana &
vina jura graviſſimis ex cauſis meritò ſublatum vol
runt privatum vindicandi jus: Ne, ut inter beſtias, q
quis validior, aut potentior, eò plus juris, oppreſſo
becilliori, ſibi ſumat, neve plus vindictæ inferatur, qu
peccatum mereatur. Inſtitutis ergo civitatibus con
nientiſſimum erat, ut ſingulorum delicta, quæ cœt
ipſorum propriè ſpectant, ipſis ipſarumque Rectori
punienda relinquerentur. Quippe juſto amplius ira
mur, & cùm volumus alienum coercere peccatum, g
viora peccata committimus *text. in cap. ira 68. q. 3. c.*

Et in rebus noſtris, noſtrorumq; affectu, accedente proprio dolore, facillimè corrumpimur, ideo privatis juſtiſſimè poteſtas vindicandi lœſos, quam natura indulſerat, adempta eſt. Hinc Impp. id periniquum vocant *in l. Vnic. C. Ne quis in ſua cauſa* licentiam ſententiæ in re propria ſibi tribuere. Et vigor judiciorum, juriſq; publici tutela *l. 14. C. de Iudæis*, in medio eſt idcircò conſtituta, ne quiſquam ſibi ipſi permittere valeat ultionem. Imò vis vocatur, quoties & quis id, quod deberi ſibi putat, non per judicem repoſcit, & ita occupans fit infamis & tertiâ parte bonorum mulctatur. *v. l. 7. l. 8. ff. ad l. Iul. de vi privat. add. l. 7. C. unde vi. l. 13. ff. quod metus cauſa.*

VI.

Accipienda autem hæc ſunt, quoties judicis adeundi eſt copia. Vbi enim non eſt copia judicij, ut in mari, locis deſertis &c. aut ubi judiciū ſubitò ceſſat, ut in ſubitâ ſui defenſione, ibi quilibet ſui juris eſt vindex: quia omnia jura permittūt vim vi defendere *text. l. 45. §. 4. ff. ad l. aquil. l. 3. ff. iuſtic. & iur.* Quò pertinent & alij caſus in legibus expreſſi, ut eſt totus *Tit. C. Quando liceat unicuiq; ſine Iudice. ubi in l. 1.* libera reſiſtendi facultas & ultio privata cunctis tribuitur in aggreſſores & depopulatores, *in l. 2.* indulgetur jus publicæ ultionis adverſus deſertores & latrones publicos. *in l. 54. C. de Decurion. & filiis in 10.* Manus iniectio in vindicando ſuo Decurione permiſſà eſt, *in l. 10. & 16. ff. Quæ in fraud. credit.* debitor de fugâ ſuſpectus propria authoritate poteſt comprehendi *in l. 3. & 6. ff. de l. Corn. de falſis.* Transfugas licet, ubicunque fuerint, occidere. In *l. 3. §. 9. ff. de vi & vi armat.* poſſeſſionem, unde quis eſt dejectus, propria authoritate armis in continenti recuperare licet. *in l. 3. C. de pignorib.* Creditor, vi pacti, poſſeſſionem pignoris propriâ authoritate ingreditur.

## VII.

Cum autem facti inquiſitio ſæpe magnam dilige
tiam, & pœnæ æſtimatio multum prudentiæ & æquita
deſideret, eligendi igitur ii, qui optimi putantur, aut fo
ſperantur, iiſque jus gladij & merum imperium tribue
dum. Quod vel imprimis ex legibus Romanis pat
ubi ob ſingularem induſtriam, explorata fide & gravit
*(l. 1. §. 1. ff. de offic. præf. præt.)* quibuſdam poteſtas g
dij conceſſa & quidem determinatis modis & cum in
bitione ad alium transferendi *l. 1. ff. de offic. eius l. 2. ff*
*offic. Proconſulis l. 70. de R. I.* Majus enim negotium viſ
fuit viris illis ſapientiſſimis, ſi de liberi hominis capit
geretur, quàm ut cui libet id mandari aut concedi poſ
qui non mandatum à Tota Rep. habeat.

## IIX.

Quandoquidem autem privato homini Chriſtia
tutum omnino non eſt, ſive ſui, ſive publici boni cau
pœnam capitalem de improbo quodam ſumere, q
ergo ſtatuendum de legibus humanis, quæ privato co
cedunt interfectionem quorundam ut bannitoru
Transfugæ, Furis nocturni *l. 9. ff. ad l. Corn. de Sicar.* ad
teri & Filiæ adulterium committentis, ſi in ipſa turpi
dine deprehendantur *l. 20. 22. 23. 24. ff. ad l. Iul. de ad*
*l. 4. C. eod.* Populatoris nocturni, Inſidiatoris viaru
Latronum publicorum, defertorum militiæ *l. 1. l. 2*
*quando lic. unicuiq. ſine iud.* Hæ leges & ſimiles impuni
tem quidem permittunt, ſed inquirendum, an etiam
rum jus præſtare poſſint. Certè ſi lex dolori noſtro
dulget, pœnam inter homines quidem tollere poteſt,
ſaltem quodammodo, ſed non ipſum vitium, ut in M
rito, qui impetu doloris tractus, uxorem deprehenſ
in adulterio occidit: non quidem lege Cornelia tenet

attam

attamen & pœnæ non erit expers *l. 38. §. 8. ff. ad l. Iul. de adult. l. 4. C. eod.* Et hoc in alijs multis caſibus obtinere poteſt, quos afferre non poſſumus.

IX.

Quod ſi autem jam præceſſit ſpecialis ſententia & condemnatio, tunc reus aliquis, mandante lege, etiam à Privato occiſus, pœnam, quâ dignus, ſuſtinet: Occidens autem perſonam publicam ſuſtinere dici poteſt, & eo caſu impunitum apud Deum & homines fore credendum eſt. Tale enim generale edictum, vim latæ ſententiæ habet, quò pertinet *tit. C. quando licet. unic. ſine iud.* Ita Iudicium zeli apud Iudæos, quo à Dei lege deficiens, & ad idololatriam Ducem ſe præbens, illicò à quovis homine interfici potuit, receptum fuit, cui Phineas primus occaſionem præbuit, à quo id poſtea in morem abiit vid. *Deut. 13. v. 9. Num. cap. 25. 1. Maccab. 2. v. 24. 26. Ioſeph. lib. 12. cap. 8.*

X.

Ille autem, qui punit, ut rectè puniat, jus habere debet ad puniendum quod quidem jus ex delicto nocentis oritur: hinc *Tacitus lib. 12. annal.* ait de Fœmina, ignaro Domino ad ſervi lubitum prolapſa, quòd *conſenſerit* in ſervitutem ſui, id eſt, in pœnam tale factum ſecuturam. *In l. ult. C. ad l. Iul. maieſt.* dicitur: Ex quo quis ſceleratiſſimum conſilium cepit, exinde quodammodo mente ſua punitus eſt. *Et in l. 34. ff. de iure Fiſci,* ipſe Te huic pœnæ ſubdidiſti. Qui ergò conſentit in peccatum, conſentit in peccati pœnam, ea enim eſt debita, *l. 244. ff. de V. S.* Quò pertinent locutiones hæ ex legibus: Ex quo quis crimen contraxit *l. 20 ff. de accuſat.* contrahere crimen majeſtatis *l. 5. ff. ad l. Iul. maieſt. l. ult. C. eod. l. ult. ff. de accuſat.* Delicta contrahuntur. *l. 1. ff. de legib.* crimen contrahere *l. 14. ff. de pu-*

*publican. & vectigal.* Criminis periculo ſe obligare *l. 13. ſ*
*de l.Corn.de falſis ad l.15. eod.* capitale *crimen adverſus deli*
*quentem naſcitur. l.1.ff.ad l.Fabiam de plagiar.*

XI.

Et hinc etiam eſt, quod non tempus latæ aut fere
dæ ſententiæ, ſed potius tempus, in quo crimen adm
ſum eſt, in pœnâ infligenda attendamus: *Proſp. Farin*
*lib.1. tit.1. quæſt. 8. n. 105. vid. all. à Tiraq. c. 3. n. 4. de pœn*
Ex poſt facto delicti præteriti æſtimatio non creſcit *l. 1*
*ff. de R.I. ad l.30. §.ult.ff. ad l. aquil.* Quia tum temporis d
linquens in pœnam quaſi conſenſit, quæ ex ſubſecutâ v
riâ Perſonarum conditione poſſet eſſe variè alterata *l. 1*
*de pœnis & ibi Dd.* Non enim Perſonæ mutatio pœna
tollit, ſed hujus inflictio tempus commiſſi delicti reſpic
unde quidam tradunt, nec furorem poſt delictum aut l
tam capitalem ſententiam ſupervenientem excuſare po
ſe, quin delinquens corporaliter puniri poſſit. *Ludo*
*Rom. in l. ſi ſervum. ff. ſi ex noxal. cauſ. ag. Lancellot. Polit.*
*leg. à Tiraq. l. dict.* Quod tamen durum putamus. Lic
juxta Theologos dicendum, ut allegat idem *Tiraqu*
*cauſ. 3. n. 5. de pœn. & Bar. ad hæc citat.* Quod ſi aliquis con
miſit peccatum mortale, cum eſſet ſanæ mentis, dein
in eo peccato mortali efficiatur furioſus, & in furore m
riatur, apud Deum hunc eſſe damnandum.

XII.

Extrinſeca pœnæ taxatio interdum habere pote
reſpectũ ad patientem, ſic mulcta pauperem onerat, div
tem non; ignominia aut damnum famæ, vili homini n
eſt injuria *l.2. C. ut intra cert. temp. quæſt. crim. term.* hon
ſto autem & viro bono id erit graviſſimum *arg. l.8. §. 2.*
*quod metus cauſa geſt.* Perſpiciendum igitur judicanti,
quid aut durius aut remiſſius conſtituatur, quàm cau
depoſcit

depoſcit: nec enim aut ſeveritatis, aut clementiæ gloria affectanda eſt, ſed perpenſo judicio, pro ut quæque res expoſtulat ſtatuendũ eſt. *text. in l. 11 ff. de pœnis.* Negari tamen nõ poteſt, quod inflictio pœnarum quandoq; in lege Romanâ non fiat ἄνευ προσωποληψίας, ſine qualitatum & perſonarũ, ad factum ipſum non pertinentiũ, reſpectu; *l. 12. ff. de incendio l. 4. §. 1. ff. eod. l. 3. l. 9. l. 5. l. 12. C. de pœnis. l. 9. §. 11. 12. 13 ff. de pœnis. l. ult. ff. de iniur. l. ult. ff. de ſepul. viol. l. 3. §. 5. ff. ad l. Corn. de Sicar. l. 16. ff. eod. l. 10. l. 16. §. 3. l. 38. §. 3. 5. 7. l. 28. §. 16. ff. de pœnis l. 4. in fin. C. de ſumm. Trin.* vid. *plur. apud. Tiraq. cauſ. 31. de pœnis.*

## XIII.

In omni igitur pœna juſtè infligenda, conſideranda ſunt duo, OB QVOD, & CVIVS ERGÒ. OB QVOD eſt illud meritum, quod nocens malè agendo incurrit. CVIVS ERGO eſt utilitas, quæ in pæna attenditur. De quibus diſtinctiùs ſumus dicturi, & quidem primo loco de merito.

## XIV.

Delinquens idcirco juxta, non ultra meritum erit puniendus. Nam licet interdum intra meriti modum magis aut minus peccata puniantur pro VTILITATE (de quâ infrà) non tamen ſequitur inde quod pœna ipſa ſit major aut minor merito, propriè loquendo: à Fine enim pœnarum, nimirum ab utilitate etiam meritum ſumere debet ſuam æſtimationem. Hinc ipſa pœna vocatur æſtimatio *in l. 41. ff. de pœnis* congrua ſeveritas *l. 19. C. de pœnis.* competens ultio *l. 21. C. de pœnis.* competens pœna. *l. 2. C. de abolition.* Sic dicitur pro qualitate admiſſi puniri *l. 3. ff. ad SCtum Turpil.* pro delicti modo *l. ult. ff. de l. Fabia de Plagiar.* pro delicti menſura *l. 31. ff. ad l. Corn. de falſis.* pro admiſſi criminis qualitate *l. 11. §. 12. ff. ad l.*

*Jul. de adult*. Digna animadverſio *c. dilectus 11. extra d*
*pœnis*. Pro ut culpæ qualitas eſt, *in Conſtit. Frider. 2. §.*
Proportionanda pœna delicto. *c. 5. de pœnis. in ſexto.* M
tienda pœna ex culpa. *c. eod. ad c. 3. extra de vita & ho*
*ſtat. Cler.*

XV.

In eo igitur juſtè examinando, quod vocavim
Ob qvod ſeu illud delinquentis meritum, attendi
bet, (1) Cavsa, quæ impulit delinquentem. (2) Cav
quæ eundem retrahere debuit. (3) Personea Idonei
ad utrumque, hoc eſt; quomodo ſeſe habeat vel ad
cipiendas cauſas impellentes, vel conſiderandas cau
avertentes.

XVI.

Causâ aliquâ ad delinquendum impellente,
quicquam nocens carere poteſt: Quem enim mali
propter ſe ipſam delectat, peccatque ex peccati ipſ
lubidine, is jam proceſſit ultra humanos modos & n
res, & ipſius malitiæ naturam videtur in deterius mu
ſe. Horum vitium vocare poſſumus θηριότητα: Et *Sen*
feritatem & inſaniam, quibus voluptati eſt ſævitia &
tia *lib. 2. de clem. cap. 7.*

XVII.

Cauſas ad delinquendum impellentes τὰς ἐπιθυμ
appetitus, affectus conſtituemus, generaliter ſum
eo vocabulo. Hi enim ſtatim ac extra modum ſu
rationis in alienum tendunt, injurioſi exiſtunt. In
hos appetitus autem maximè naturalis & quodam m
honeſtus eſt ille, qui vocatur *Impetus declinandi m*
qui meritò primum locum hîc obtinere debet, & im
nitatem ut plurimum mereri poteſt, quia naturalis
tio permittit adverſus periculum ſe defendere *l. 4. ff.*

*L. aq*

*L. aquil.* Et defenſor propriæ ſalutis in nullo peccaſſe videtur. *l. 3. C. ad l. Corn. de Siccar.* Iure enim cæditur, qui inferendæ cædis voluntate præcedit *l. 4. l. 2. C. eod.* Melius eſt occurrere & mederi, quàm injuriâ perceptâ vindictam perquirere *l. 4. in C. fin. eod.* Naſcitur autem hoc defendendi jus ex eo, quod natura quemque ſibi commendat, non autem ex injuſtitia, aut peccato alterius, unde periculum eſt. Nam multò minor apud Naturam eſt ſocietatis humanæ reſpectus, quàm propriæ ſalutis cura. Hinc ergò meritò oritur favorabile illud defenſionis jus, fuſiſſimè hinc inde à *Dd.* tractatum: *Proſp. Farin. lib. 1. tit. 5. quæſt 39. & quæſt. 51. Iul. Clar. lib. 5. § Homicidium, n. 24. & ſeqq. & ib. alleg. Menoch. lib. 1. arb. quæſt. 77. n. 3. 4. Maſcard. de prob. concl. 490. & 491. Mynſ. decad. 5. Reſpon. 42. & ib. alleg. Gail. lib. 2. obſ. 100. n. 13 & ſeqq. Damhoud. in prax. Crim. cap. 78. 79. & 80. VVeſenb. conſ. 19. n. 5. part. 1.* Nos nihil porrò de hoc apponimus, quia ſolummodò in eo ſumus, ut profluentium pænarum fontes inquiramus & breviter in dicemus.

XIIX.

Nec minus ille, qui injuſtam, pudendamvè corporis infamiam declinaturus, in aggreſſorem delinquit, eum vel occidendo vel mutilando, immunitate pœnæ gaudere poteſt. Communis enim æſtimatio, & lex divina pudicitiam vitæ adæquat. Meritò ergo dimittendus, qui ſibi aut ſuis ſtuprum per vim inferentem occidit *l. 1. §. 4. ff. ad l. Corn. de Sicar.* Licet enim pudicitia à violento ſtupratore eripi non poſſit *c. de pudicitia. 6. q. 5. cauſ. 32.* & mente ſervatam pudicitiam violentia non violet *c. 9. q. ead.* Nec amittatur corporis ſanctitas manente animi ſanctitate, etiam corpore oppreſſo *c. propoſito 4. diſt. quæſt. add. c. 3. & 7. cauſ. & quæſt ead.* tamen

 ita

ita contaminatæ & oppreſſæ, virginibus incontamin
tis ſe comparare non debent. *c. illæ autem 14. q. 5. cauſ. 32*
conſervatio incontaminati corporis, ſaluti corpor
præponenda *vid. al. cap.* Plura hujus aſſertionis impu
ta exempla exſtant, ut ſatis notum eſt. Sic & peric
impendentis averſio, licet cum damno alterius conju
cta, excuſationem meretur. Hinc ſi orto incendio,
cini ædes diſſipaverim, defendendi mei causâ, *nec l.*
*quil.* eo caſu agi poterit, cum quis injuria hoc non fec
qui ſe & ſua in tali periculo tueri & illud amoveri ſtu
*text. in l. 3. §. 7. ff. de incend.* Summæ etiam egeſtatis
randæ causâ, ſi quid committatur, excuſabilius eſt: P
pertas enim eſt ſpecies neceſſitatis, quæ apud æqu
iudicem veniam aliquam habere poteſt. Neceſſita
leges ſunt amariſſimæ & imperia ejus truculenta *Val. M*
*l. 7. tit. 6.* Cui ne dii quidem, *ut Poeta ait*, reſiſt
poſſunt. Quapropter quod neceſſitatis inevitabili
te committitur, pœnæ eximi poteſt, ſicut Furtum
famis neceſſitatem commiſſum excuſatur, *text. ſi q*
*extra de furtis. v. Gail. r. 142. n. ult. Tiraq. cauſ. 33.* ubi m
ta notatu digna hac de re habet. Excuſatiùs etiam p
cat, evitandi doloris causâ delinquens. Nam ἡ λύπη
ἐξίστησι καὶ φθείρει τὴν τοῦ ἔχοντος φύσιν. Dolor hominem
tra ſe rapit & naturam corrumpit. Tollit dolor deli
randi conſilium.

## XIX.

De reliquis ad delinquendum invitantibus app
tibus ait *D. Iacobus cap. 1. v. 15.* ἡ ἐπιθυμία συλλαβοῦσα τί
ἁμαρτίαν, *Iohannes* autem appoſitè expreſſit, quinam
appetitus ſint, *1. Ioh. 2. v. 16.* nempe ἐπιθυμία σαρκὸς,
θυμία τῶν ὀφθαλμῶν, ἀλαζονεία τοῦ βίου. Quibus clarè A
ſtolus comprehendit, voluptatum deſideria, habe

cu

cupiditates, vanæ gloriæ conſectationes & iræ impetus.

XX.

Hi igitur appetitus, coercitioni pænali ſubiacentes, poſſunt, melioris intuitus gratiâ, ita cum Grotio dividi, ut tendant vel ad bonum aliquod *imaginabile* vel *verum*. Vera bona ita nominata non intelliguntur virtutes, virtutumque actiones, quæ ſanè ad delinquendum aut peccandum non ducunt, ſed ſuaſui horum appetituum ita apparentia, & erunt vel *delectantia* vel *utilia*. Imaginabilia bona ſunt aut ambitioſa *excellentia* ſupra alios, aut *vindicta*. Horum igitur ita apparentium bonorum appetentia meritum pœnæ omninò incurrit: Imò ille volendi impetus eò iniquior erit, quo magis ſocietati repugnat, & eò fœdior, quò magis à natura abit. Proinde juſtè lex poſita eſt, ne effrænata cupiditas ſine temperantiæ frœno exardeſcat in vitia, ſed noxius omnis appetitus arcti juris regulis conſtringatur.

XXI.

Pœnarum modis omninò coercendus & ille Appetitus, qui ruit & rapit in *bonum delectans*, pro variabili nimirum peccatorum qualitate. Quamvis enim amor & libido furoris quædam ſpecies ſit, *Poëtis & Philoſophis* teſtantibus, tamen omnia ea delicta, quæ ex illicitis libidinum deſideriis oriuntur, meritò odioſa, tanquam quæ quodammodo minus hominem, ac iracundia, movere videntur, & differri faciliùs ac rationis ſuaſui ſubjici poſſunt. Si enim amoris vehementia, formæque excellentis gratia, violentiavè libidinum delinquentes pœnis debitis eximere poſſent, nemo non contendet, impunitum omne libidinis facinus

relinquendum, quod juri divino & humano repugn
Ponunt ergo Dd. delicta carnis inter ea, quæ gravia a
enormia vocantur, *vid. Proſp. Farin. lib. 1. tit. 3. q. 18.*
*103. Follcr. in pract. crim. cap. 19. n. 8.* Quare etiam tot
ges pœnales in fœtores libidinum, paſſioniſque ign
minias (*ſecundum c. 15. extra de præſumption.*) nimirum
in adulteria, ſtupra, inceſtus, aliaque carnis delicta pr
denter & piè conſtitutas habemus, quas longâ ſerie a
ponere & opus & locus non fuit. Sufficit propoſito,
tium affectûs hujus culpabile, legumque pœnales
ijs coercitiones indicaſſe: Iubent enim Imperatores
leges inſurgant, jura gladio ultore armentur & exquiſi
pœnis ſubdantur infames & rei libidinis execrandæ *l.*
*C. ad l. Iul. de adult.* legum ſanctio ſtatuit in hos affect
pœnam *v. l. 26. l. 28. l. 20. C. ad l. Iul. de adult.* & hinc inc
Et magiſtratus dicitur DEUM conciliare ſibi & ma
propitium reddere, puniendo libidines. *arg. Nov. 14*

XXII.

Appetitus, qui ad *bonum utile* impellit, & quide
cum alterius incommodo, ſubjacet omninò coerciti
ni pænali. Naturali enim lege prohibitum eſt furtu
committere *l. 1. §. 3. ff. de furtis.* Et *Cicero lib. 3.*
*off. ait*: contra naturam eſſe alteri detrahere ſui comm
di cauſa: Quia, ſi id fiat, ſocietas hominum & comm
nitas evertatur neceſſe eſt. Hinc *in l. 42. ff. de V. S.* furtu
vocatur naturâ turpe. Non immeritò igitur, ſuccr
cente hominum malitiâ & relaxante ſeſe iniquitatis
violentiæ fræno, hæc alieni appetentia pœnis gravib
conſtringitur, & variis modis pro juſtâ meriti æſtima
one coercetur, nim: pro utilitate, tanquam pænaru
fine, de quo infra acturi ſumus.

XXIII. A

Appetitus, qui *iram*, furorem illum momentaneum, vindictæque amorem, varioſque ſævitiæ impetus profert, itidem pœnali coercitione conſtringendus eſt. Vt ut enim iſte furor conſilii expers, dolorem & vindictam putet eſſe virtutem, adeo ut & innocentes in crimen abducat *11. q.3. cap. ira 68. & ut ait cap. illa. 67. cauſ. & q. ead.* juſtum omne putetur, quod commotionis tempore fit, homo etiam intenſo dolore permotus non dicatur in plenitudine intellectûs *per mult. all. à Tiraq. cauſ. 1. n. 7.* & difficile ſit iram temperare, quæ mentem cum calore aufert *Horat. 1. Od. 13.* Et Delinquens iracundiâ non dicatur animo deliberato delinquere *v. Menoch. de arbitr. lib. 2. cent. 4. cauſ. 361. n. 8.* Et perjurium calore iracundiæ dictum mitiùs puniendum *Menoch. l. & c. eod. cauſ. 319. n. 35. vid. Proſp. Farinac. l. 1. tit. 3. quæſt. 20. n. 47. 48.* Quod & inde imprimis patet, quia ſapientiſſimi aliàs & temperatiſſimi viri, huic affectui ſe imperare poſſe, ſæpe deſperarunt, qua de re egregia exempla & dicta apud *Plutarchum*, *Senecam* & *Val. Max.* exſtant; Tamen debito puniendi juri non eximitur *Mynſ. decad. 9. Reſp. 83. n 16.* quia etiam huic vitio inconceſſum eſt, furioſè nocere cognationi, quam ipſa Natura inter nos homines conconſtituit *l. 3. ff. de Iuſt. & Iur.* Et ſalva ſocietas humana ſine amore mutuo & cuſtodia partium eſſe non poteſt, ait *Seneca l. 2. de ira. cap. 31.* Arbitramur tamen & in conſcientiæ & judiciali foro, illum minus quodammodò peccare, qui iracundiæ calore peccat, quam ſi nullâ omnino motus iracundia, id faceret; quem enim ira occupat, eſt quaſi extra ſe, ſicut *Terentius* rectè ait, *reprime iracundiam atque redi ad te.* Sic quodammodo ignoſcitur ei, qui ſe ulciſci voluit provocatus *l. 14. §. 6. ff.*

de

*de bonis libert.* Et difficillimum eſt juſtum dolorem te-
perare *l. 38. §. 8. ff. de adult.* Dolor factum relevat. *l.*
*de adult.* Multa idcirco, impetu iræ perpetrata, poſſ
aut leviter puniri, aut impunita interdum manere,
ta meriti fontes & cauſas, de quibus poſteà agemus

XXIV.

Excellendi impetus ( quâ glorioſa cupidine &
pientiſſimi noviſſimè exuuntur iuxta *Tacitum* ) ſi in
neſta tendat, pænis omninò non coarctandus, quin
tiùs calcaribus & præmiis incitandus; Aſt ſi ille in
dentes ambitionis ſuaſus declinet, nec ſine abſtine
alieni, iniquê tendat, incurret ſanè in pœnæ merit
Sicut enim ambitio hæreſium & ſchiſmatum ſæpè c
fiunt. *v. Tholoz. de rep. lib. 13. cap. 13. n. 9. Euſeb. lib. 6.*
*43.* Vrbium etiam & regnorum, hæc altrix malor
ſæpè peſtis extitit. *vid. Iovian. Pontan. in lib. de prin*
*Franciſc. Patritic. lib. 6. de Rep. tit. 5. Et in lib. 4. de Regno. ti*
ita & civili ſocietati injuſtè cauſas creſcendi inveſtig
imprimis nocet, & ob id congruente coercitione c
gari debet. Quò pertinere poſſunt. *tit. in ff. & C. de*
*bitu.*

XXV.

Dictum hactenus breviter de cauſa ad delinqu
dum impellente, ſequitur in merito pœnæ, ſecu
loco conſideranda CAVSA RETRAHENS, ſeu c
quæ peccaturum à delinquendo retrahat. Eſſe hęc d
ODIVM INIVSTITIAE, ſumpto hoc vocabulo i
ſtitiæ generaliter. Hoc enim omninò hominem
mentis, multò magis hominem Chriſtianum dece
ab eo, quod injuſtum eſt, ſeſe abſtineat, nec recti, i
vè debitum injuſtitiæ ſuaſui ſubjiciat. Hæc auten
juſtitia eò major eſt & putatur, quo majus damnum

eam alteri infertur, quod in habenda pœnalis meriti æſtimatione attendi debet.

XXVI.

Hinc ſequitur, delicta jam conſummata & perfecta alio reſpectu habenda, ab ijs delictis, quæ non dum, aut vix ſunt incepta. Quamvis enim interdum ob atrocitatem incepta aut attentata habeantur pro conſummatis, hoc tamen fit ex fictione, & non ſecundum rerum naturam atque veritatem, *ut not. in l. 3. §. hæc verba ff. de negot. geſt. & in l. quicquid aſtringenda & l. Ex ea parte §. mulier ff. de V. O. vid. Menoch. de arb. lib. 2. ſent. 4. cauſ. 60. n. 108. Tiraq. de pæn. cauſ. 57. n. 2.* Et iterum vix incepta delicta aliter ac ea, quæ jam ad actus aliquos proceſſerunt, quæ nimirum eò magis punibilia erunt, quo proximiùs conſummationi aderunt. *vid. Menochius arb. lib. 2. cent. 3. caſ. 60. Iul. Clar. lib. 5. §. fin. quæſt. 92.* Æquitas naturalis id dictitat, propoſitum cum actu imperfecto mitius puniri, quàm cum actu perfecto *vid. l. 1. §. 2. ff. de extraord. criminib.* Hinc ille, qui animo occidendi ſaltem vulneravit, lege Cornelia pro ſicario damnatur *l. 1. §. Divus ff. ad l. Corn. de ſicar.* res enim eſt ad actum conſummationi jam proximum deducta. Sic Fœmina, quæ partum nondum viventem abigit, temporali exilio plectitur *l. 4. ff. de extraord. Crim. l. 8. ff. ad l. Corn. de ſicar.* Si autem partus vivere putatur, capitale eſt *l. 38. §. 5. l. 39. ff. de pænis.* Tenetur tamen edicto Pretoris, qui calumniandi cauſa, pecuniam accepit, ut negotium faceret, licet non fecit. *l. 3. §. 1. ff. de Calumniat.* Itidem edicto Prætoris tenetur, ut iniquo jure adverſus alium impetrato, quis uti debeat, licet ipſe eo jure uſus non ſit *l. 3. ff. quod quiſque iuris in all. ſtat.* Hic forte cauſam retrahentem, ut par erat, non attenderat, ſed per lubeſcentem



tem

tem injuſtitiæ ductum, ad actus proximos jam venerat.

XXVII.

Accedit interdum ad hanc injuſtitiam, quàm neralem à vitio abſtrahendi cauſam ponimus, & a aggravans vitium, ut impietas in Parentes, infide in conjuges, inhumanitas in propinquos, ingratu nimus in beneficos, quæ omnia ad augendum delic facere ſolent. Hinc horrendum illud culei ſupplic in Parricidas conſtitutum, quod *Cicero deſcribit pro Amerin. vid. tit. in C. de his qui parentes vel lib. occid. ad ff. ad l. Pomp. de parric.* Lex divina vult eum morie mori, qui Patrem aut matrem percuſſit, non addito trum percuſſus ſit mortuus, nec ne. *Exod. 21. v. 15.* lier, quæ in gratiam adulteri, marito pharmacum mo occidendi dederat, capitis damnata eſt, licet mar mortuus veneno non eſſet *v. VVeſ. ad ff. de leg. Pomp. de ric. n. 7.* Atrocior exiſtit injuria, cum Parenti, magi tui, Patrono fit *per l. 7. §. 8. ff. de injuriis.* Et in conj bus ideo parricidii crimen committitur *l. 1. ff. ad l. P de Parric.*

XXIIX.

Sic ſingularem aliquam injuſtitiæ conſidera nem inferre poteſt officium aut dignitas, quam qui ſtinet, doloſè neglecta: Augebitur enim crimen di tate, cum quis in eo peccat, quæ dignitatem aut adm ſtrationem ſuſceptam concernunt, *vid. latis. Tiraq. ca de pœnis.* Ea porrò delicta, quæ communem hominun cietatem, ordinemvè turbant aut lædunt, plus inj tiæ in ſe continent, quàm quæ in ſingulos aut priva committuntur, delicta quoque quæ privatos con nunt, diverſas injuſtitiæ conſiderationes habent:

m

maximam illa, quæ vitæ, pudicitiævè intenduntur: proximam, quę coniugem, liberos & familiam concernunt. Sunt enim liberi & conjux, quaſi pars corporis & affectus, & parentes magis in liberis terrentur *ait l. 8. §. 3. ff. quod. metus cauſa.* Injuria ad nos pertinet, quæ iis fit, qui noſtræ poteſtati & affectui ſunt ſubjecti: Et injuria quandoque uni ex familia facta, toti familiæ fieri intelligitur *arg. l. 1. 2. 3. ff. de liberal. cauſ. l. 1. §. ult. ff. de iniur.* Minor autem adhuc erit ea injuria, quæ res ſingulas expetibiles concernit, quarum amiſſio non ita irrecuperabilis, & reſtitutio aut æſtimatio facilior eſſe poterit.

XXIX.

Inter cauſas etiam abſtrahentes non tantum debet attendi injuſtum illud adverſus vivos, ſed & in mortuos commiſſum: Quia non minus in hos, quàm in illos peccari poteſt, imò gravius videtur, ferali contrectatione manus contaminare de quâ multæ leges exſtitere apud Græcos & poſteà etiam Latinos, *vid. Franciſ. Patric. lib. 5. de repub. tit. 10. Menoch. in lib. 2. arb. cont. 4. cauſ. 87.* Qui ſepulcra violant, *ait l. 4. C. de ſepulc. viol.* domos defunctorum, geminum videntur facinus perpetrare, nam & ſepultos ſpoliant deſtruendo, & vivos polluunt fabricando. Præſides ergo ſeverius animadvertere debent *per l. 3. §. 7. ff. de ſepul. viol.* in eos, qui cadavera ſpoliant. Pœnæ ſubjacebunt, qui corpora ſepulta aut reliquias contrectaverint *l. 4. C. eod.* Summo ſupplicio afficiuntur ſi corpora ipſa extraxerint, vel oſſa eruerint *per l. ult. ff. eod.* Et ſpectat etiam ad exiſtimationem hæredis injuria cadaveris defuncti *l. 1. §. 4. ff. de iniur. vid. lat. Menoch. loc. ſup. all. Iul. Clar. lib. 5. §. fin. quæſt. 68. n. 45.* Vbi tamen ait, propter cœmiteria exſtructa hodie in deſvetudinem pœnam hanc ferè abiiſſe.

XXX.

Inter cauſas abſtrahentes non tantum debet p qualitas ejus quod directè fit, ſed & ejus, quod ſec rum probabile eſt, ut in incendio & perfoſſo agge multorum ſummæ calamitates & mortes etiam ſpe dæ ſunt. *in l. 4. §. 14. ff. de vi bon. rap. dicitur*, quod qui præbuit cauſam damni dandi, damnum dederi nihil intereſt *per l. 15. ff. ad l. Corn. de Sicar.* occidat q an cauſam mortis præbeat. Confiſcatione bonoru capitaliter puniuntur, qui quæcunq; arma hoſtibus perii vendunt, non quidem ob ipſa arma, ſed ne pe validiores hoſtes reddantur & damnum imperio cò ius immineat. *l. 2. C. quæ res export. non deb.* Ille qui v it unum duntaxat percutere, ſi duos percuſſit, poteſt niri, ſecundum rei eventum & non ſecundum anim *v. Tiraq. cauſ. 14. n. 3. de pœn.* Sic relegata eſt ea, quæ dem non malo animo, ſed malo exemplo medican tum ad conceptionem dedit, ex quo ea, quæ accep deceſſerit. *l. 3. §. 2. ff. ad l. Corn. de Sicar.*

XXXI.

Quandoquidem autem habitus mali actibus m ſunt pejores, igitur major quoque pravitas appare quis ſæpius delinquit, quod itidem in cauſa hac abſ hente conſiderandum eſt. Turpitudinem enim f norum crebro exemplorum uſu & improba conſuet nis venia depravari nemo præſumat, *vid. Gellius lib cap. 19.* Nihil enim tam ridiculum eſt, quam melior furis conditionem eſſe, propter continuationem f exiſtimare, *l. 67. §. 2. ff. de furtis.* Nunquam plura de cta concurrentia faciunt, ut ullius impunitas det Neque enim delictum ob aliud delictum minuit p nam. *l. 2. ff. de priv. delict.* Sic licet imperito aut rudi

ſen

ſemel peccarit, parcere queamus *l. 4. §. 15. ff. de re milit.* ſi tamen ſæpiûs aut iteratò delinquat, pænâ competenti affici poteſt, qui delictum congeminat, & pœnam augebit ſibi. *vid. Iul. Clar. lib. 5. §. fin. quæſt. 84. n. 2. Proſp. Farinac. prax. Crim. lib. 1. tit. 3. q. 22. ubi ampliſsimè hæc tractat. Tiraq. de pæn. c. 10. n. 4. Anton. Gomez. tit. de delict. cap. 3. n. 60.* Ebrietas ſi aſſidua & conſueta ſit, computatur inter mortalia peccata. *c. 3. §. Criminis. diſt. 25.* Ita licet furta domeſtica, ſi viliora ſunt, publice non ſint vindicanda, *l. 11. §. 1. ff. de pænis.* Furti enim actio ibi non naſcitur *l. 89. ff. de furtis.* ſiquidem qui in Furem poteſt ſtatuere, neceſſe non habet adverſus Furem litigare *l. 17. ff. de furtis.* Tamen ſi crebriora fuerint furta, vindicantur arbitrio judicis *Bart. & Alexand. in l. 21. C. de furtis.* Si pluribus locis injuria repetatur, aut uno loco plura convitia, non ad unum finem tendentia, facit pluralitas circumſtantiarum & plures injurias *VVeſenb. ad ff. de iniur. n. 5.* Qui ſæpius abegerunt, licet ſemper unum aut alterum pecus ſurripuerunt, ſunt tamen abigei *l. 3. ff. de abigeis.*

## XXXII.

Quandoquidem & *Vetare* legis Virtus eſt *l. 7. ff. de legib.* Magiſtratus etiam omninò hoc prohibente remedio poteſt uti, & legem contra vitium aliquod ſpecialiter ponere, aut etiam permiſſionem alicuius actus pænali lege conſtringere & tollere, tunc ſanè, ſi contra hanc ſpecialem legem quid fiat, malitiam quandam ſingularem addit & delictum congeminat, quod itidem in cauſa abſtrahente animadvertendum. Eleganter *apud Tacitum* Tiberius ad Senatum ſcribit: Si velis, quod nondum vetitum eſt, timeas, ne verere: At ſi prohibita impunè tranſcenderis, neque metus ultra, neq; pudor

pudor eſt. *Amal. 3.* In genere autem in materia hac pœ-
nali notandum, quod lata culpa, quæ aliàs dolo comp-
ratur, pro dolo non habeatur, ut capitaliter puniri po-
ſit, ubi dolus pænam capitalem cauſatur *l. 7. ff. ad. l. Cor*
*de Sicar, vid. Tiraq. cauſ. 14. de pæn.* Quælibet etiam cau
& ratio ab eiuſmodi dolo excuſare poteſt, *vid. loco pl*
*latè Tiraq. cauſ. 43.*

XXXIII.

De cauſa ad delinquendum impellente, & de ca-
ſa à delinquendo retrahente, hactenus dictum: Seq-
tur tertio loco conſideranda IDONEITAS ſeu APTI-
TUDO ipſius perſonæ delinquentis, quomodo ea ſe h-
beat, vel ad ſuſcipiendos affectús incitantes, vel ad co-
ſiderandas cauſas avertentes. Siquidem ex perſon
hominum ſæpiùs penſatur, utrum prætermitti, an e
quiri debeant delicta *arg. l. Vn. C. ſi quis Imp. maled.* D
bium enim eſſe non debet, quò magis animi eligen
iudicium impeditur, quoque magis naturalibus cau
id fit, eò etiam, quod delinquitur, minoris eſſe *H. Gr*

XXXIV.

Talis autem perſonarum aptitudo conſideranda
(1) in ÆTATE, ſeu in habendâ ratione ætatis *l. 16.*
*3. ff. de pæn.* ætas impuberum, quod videt, ignorat *l. 1*
*de falſ. monet.* Quare convenit, crimen innocentia, no
dum adulta ætate, purgari *l. 6. C. ad l. Corn. de ſicar.* P
num enim rationis iudicium atque conſilium huic æt
deeſt *Ariſtot. lib. 1. Pol. c. ult. Cicer. lib. 1. offic. v. l. 1. ff.*
*minorib.* Et ſemper ſpes eſſe poteſt, hujus ætatis hon
nes emendatiores futuros, vitiaque unà cum adoleſce
tia depoſituros. Qua de re eleganter *Cicero in oratio*
*pro Cælio ait*: Equidem multos vidi in hac civitate
audivi, qui totam adoleſcentiam voluptatibus ded

ſen

ſent, emerſiſſe aliquando & ſe ad bonam frugem recepiſſe, graveſque homines atque illuſtres fuiſſe &c. *& poſtea:* Multi & noſtrâ & Patrum noſtrorum memoria ſummi homines & clariſſimi cives fuerunt, quorum cum adoleſcentiæ cupiditates deferbuiſſent, eximiæ virtutes, firmatâ jam ætate, extiterunt. Non videntur injuriam facere impuberes, quia injuria ex affectu facientis conſtat *l. 7. ff. de iniur.* Dolus autem malus in eam ætatem non cadit *l. 22. ff. ad l. Corn. de fals.* Succurrendum ergo in judiciis pœnalibus ætati *l. 108. ff. de R. I.*

XXXV.

Et quidem non tantum tenellæ & floreſcenti, ſed etiam vergenti ætati. Senectus enim velut altera pueritia eſt: Quia ſenes rurſum in pueritiam reſolvi & ad initium reverti videntur *vid. Tiraquel. cauſ. 3. num. 3.* quod *Plautus vocat in Mercatore*, repueraſcere. Nam ſicut impuberes iudicii firmitudinem non acceperunt, ita Senes mentis, conſiliique bonam partem amiſerunt. Velut ergo ætas ſenilis ſemper eſt venerabilis *l. 5. ff. de iur. immunit.* ita etiam ignoſci poteſt ijs, qui ætate ſunt defecti *l. 3. §. 7. ad SCtum Silani.* & mitius puniuntur *arg. l. 2. ff. de term. mot.* Senectuti & canis parcimus *c. tanta, 24. diſt. 86. c. tanta. 11. q. 7. cauſ. 1.* ſenilis ætatis intuitum habemus *c. 2. q. 7. cauſ. 27.* Senex tamen delinquens non ita pridem tyrocinium in delinquendo feciſſe exiſtimari poteſt. Quare diligenter circumſtantiæ quæ cum ſenili ætate concurrunt, animadvertendæ. Sicuti & judicis eſt, prudenter rem hic examinare, quia interdum malitia ætatem ſupplere poteſt *l. 2. C. ſi min. ſe maior. C. de illis. fin. extra. de ſpons. impub.* Et delicti impunitas propter ætatem dari non ſolet, ſi modò in eâ quis ſit, in quam crimen, quod intenditur, cadere poteſt *l. 7. c.*

de

*de pæn.* Ergo & cum impubere doli capace, Aquilea
poteſt *l. 23. ff. de furt.* Datur actio doli in pupillum,
bertati proximum. *l. 13. l. 14. ff. de dol. mal.* Pupillus ſi
li capax, tenetur tributoria *l. 3. §. 2. ff. de Trib. action.*
portari poteſt pupillus, doli capax *l. 14. ff. de tutel.* Et
na capitalis impuberi imponi *per l. 14. ff. de SCto Syl*
quem textum mirandum vocant. Pertinet hûc, qu
*AElianus lib. 5. cap. 16.* refert de puero, qui auream la
nam, quæ ex corona Dianæ deciderat, ſuſtulit, & ad
dicium ideo protractus fuit: Iudices autem crepun
talos & laminam auream propoſuerunt puero, qui c
iterum ad aureum ſe conſuliſſet, plexus eſt, tanqu
Sacrilegus; ὐ δόντες, ait, συγγνώμην τῇ ἡλικίᾳ, ἀλλὰ
ρωσάμενοι διὰ τὴν πρᾶξιν.

XXXVI.

Conſideranda eſt Perſonarum aptitudo( 2) in Se
*l. 6. ff. ad l. Iul. pecul. l. 38. §. 7. ad l. Iul. adult.* clementius
nim & ob hanc cauſam ſtatuendam *d. l.* mitius cum m
lieribus agendum, quia minus judicii habere vident
*vid. Gail. de p. p. lib. 1. cap. 1. n. 37.* eoque minùs & impell
di & avertendi cauſas conſiderare poſſunt. Puerum æt
mulierem ſexus excuſare poteſt, ait *Seneca lib. 3. de*
Et ſexus & ætas non parum momenti in hiſce haber
ait *Quintil. lib. 6.* Mitior ergo erit ſententia circa e
quas pro infirmitate ſexûs minus auſuras eſſe confi
mus *l. 5. §. 3. C. ad l. Iul. Mai. Et cap. 4. q. 6. cauſ. 32.* dicit
tanto gravius viros puniri oportere, quantò magis
eos pertinet & virtute vincere & exemplo regere fœ
nas. Mulieri, quæ ſibi aliquid adſcribit, pœna remit
tur ob juris ignorantiam *l. 15. §. 5. ff. ad l. Corn. de falſ.*
duæ ſpeciali indulgentia dignæ cenſentur *l. 1. C. de f*
*monet.* & plura ejuſmodi alia in jure occurrent. At ſi c

lidi

liditas & nequam dolus intervenerint, favori ſexus indulgeri non poterit.

XXXVII.

Perſonæ aptitudo (3) conſideranda, quo ad intelligendas cauſas avertentes & impellentes, reſpectu ſimplicitatis, ruditatis in negotio & imperitiæ. Vetus enim verbum eſt συγγνώμη πρωτοπείρῳ. Tyronibus parcendum *l.3.§.9.ff. de re milit.* ignoranti diſciplinam Tyroni ignoſcitur *l.4.§.15.ff. eod.* Tyroni faciliùs parcitur *l.14.§.1. in fin. ff. eod.* Civi novello ignoſcendum, qui quicquam ignoranter fecit, contra ſtatuta civitatis *vid. Tiraq. cauſ. 10.n.2.* Conſideretur etiam perſona ratione imprudentiæ & ignorantiæ non affectatæ, quo modo hominum vel omnium eſt delinquere, atque ideo humanis & divinis legibus magnâ ex parte, delicta ignoranter & imprudenter commiſſa, quæ putantur invita eſſe, relinquuntur impunita.

XXXII...

Perſonæ aptitudo hoc loco conſideranda eſt (4) in mentis turbatione & alienatione, quo caſu judex pœnam diſſimulare poteſt, quia ipſo mentis furore quis ſatis punitur. *l.14.ff. de offic. præſ.* infelicitate Fati excuſatur *l.12.ff. ad l. Corn. de Sicar. ad l.9.§.2.ff. ad l. Pomp. vid. Menoch. lib.2. arb. cont.4. quæſt.325. Iul. Clar. lib.5.§. fin. q.60. n.7 8. Foller. pract. crim. part.4. 3. part. princip. Proſp. Farinac. lib.1. de inquiſit. tit.1. q.11. n.45. Tiraq. de pæn. cauſ.2. per tot.* Vnde multi ſcientes volentes furioſos ſe atque inſanos ſimularunt, ut ſibi commiſſorum, aut committendorum impunitatem compararent, uti de Iunio Bruto *Livius*, de Solone *Plutarchus* & *Laertius*, de Davide *Sacra hiſtoria* refert. Affectu ſiquidem hi carere dicuntur *l. 1. §.6.ff. ne vis fiat.* Et quod delinquunt, impunitum eſt.

D *l.60 ff.*

*l.60. ff. de rei vindic. l. 108. ff. de R. I.* An tamen intervall[a]
nioris ſenſûs habeat hic morbus, diligenter in pœn[ae]
veniæ conſideratione attendendum. *l. 14. ff. de o[ff.]
præſid.*

XXXIX.

Conſideranda Perſonæ aptitudo (5) in circumſ[tan-]
tiis actûs, an & quatenus rectæ rationi imperare licu[erit.]
Quia omne peccatum ex judicio rationis dependet, [quo]
ſublato, tollitur & peccati ratio. Sic imminentis p[eri-]
culi cogitatio accendit metum, recens & nondum ſ[eda-]
tus dolor iracundiam; plenus vini ſolet vacuus rati[onis]
eſſe: Nam ubi Ebrietas, ibi & furor dominatur *c. ve[...]
5. diſt. 35.* Qui dormit, rationem habet quaſi mortu[us,]
quare *Poetæ* ſomnum mortis Fratrem & conſanguine[um]
appellant: *In ll.* etiam dormiens furioſo & amenti c[om-]
paratur. *Et Ariſtot. l. 5. de generat. animal. c. 7. ait:* ille, [qui]
dormit, neque omninò eſt, neque omnino non [eſt.]
Qui vehementia amoris fertur, violento quaſi igne [ra-]
pitur, & juxta *Ariſt. lib. 7. Ethic. cap. 2.* Interdum in fu[ro-]
rem & inſaniam adigitur.

XL.

Conſideranda eſt etiam (6) perſonæ aptitudo [...]
dictas avertendi & impellendi cauſas conſideranc[...]
quo ad vinculum ſanguinis, amicitiæ (*de quo vid. l[...]
Tiraq. cauſ. 22. per tot.*) amoris, affinitatis &c. Nam [...]
amittimus affectionem, quod leges Civiles interd[...]
effectùs conſanguinitatis tollant ob delictùm: Et [...]
ſtis ipſe publicus, naturaliter tamen Pater, frater, [...]
nis & conſanguineus manet, quia jura ſanguinis ci[vili]
jure non mutantur. *l. 8. ff. de R. I.* Ductus ergo affecti[one]
paterna, filiali, affinitatis &c. delinquens, mitiùs pu[niri]
poteſt, *in l. 4. §. ult. ff. de re milit.* datur venia militi

a

affectionem parentum, affinium, licet aliàs graviſſimè eſſet puniendus. *add. l.2. ff. de receptator.*

XLI.

Non autem pœna ad præteritum tantùm, ſed ad futurum etiam eſt referenda, quia nemo prudens tantùm punit, quia peccatum eſt, ſed ne peccetur vid. *Senec. lib. 1. de Clem. cap. 16.* Ea enim eſt naturalis cognatio inter homines, & Spiritualis Fraternitas inter Chriſtianos, ut alter alteri omninò nocere non debeat, niſi boni alicujus conſequendi gratia. Vindicta autem eſt quædam res irrationabilis & ab humanitate aliena: Imò injuſtus eſt ulciſcens, ſi ejus animus, in malo alterius tantùm acquieſcit. *vid. Tholoz. de rep. lib. 11. c. 1. n. 10. Richt. axiom. pol. 24. n. 4.* Siquidem iſte ipſe appetitus ratione caret & fertur ſæpe in ea, quæ non læſerunt & ſenſu deſtituuntur. Puniens igitur omninò attendat FINEM pœnis propoſitum, qui finis eſt VTILITAS & NON VLTIO. Sicut enim in vera defenſione homo non occiditur ex intentione: Non quod interdum ſi alia ſalutis non ſuppetat ratio, non liceat deſtinatò id facere, unde mors aggreſſoris ſit ſecutura: ſed ut hîc mors illa non eligatur, ut primariò intentum, ſed potius ut unicum, quod eò tempore ſuppetit, cum is, qui jam impetitus eſt, etiam illo tempore malle debeat tale aliquid facere, quò alter abſterreatur, aut debilitetur, quàm quò intereat: Ita etiam in punitione judiciali, non mors delinquentis tantùm & primariò intenditur & expetitur, ſed illud publicum utile, quod punitionem ſequitur, ſimul reſpicitur. Quapropter in pœnis imponendis reſpici debet (1) VTILITAS EIVS, QVI PECCAVIT. aut (2) VTILITAS EIVS, CVIVS INTERERAT, PECCATVM NON ESSE. aut (3) VTILITAS INDISTINCTE QVORVMLIBET. *Seneca de Clem. lib. 1. cap. 21.*

ita ait: Tria lex in vindicandis injuriis ſequi debet, aut eum, quem punit, emendet; aut ut pœna ejus, ceteros meliores reddat; aut ut ſublatis malis, ſecurio cæteri vivant.

## XLII.

Ad primum igitur Finem horum finium trium pertinet Pœna Emendatoria, in delinquentis ipſius utilitatem conſtituta. quæ in *l.un.C.de Emend.Propinq.* dicitur: Medicina correctionis, item animadverſio priva item jus domeſticæ emendationis, item jus Patrii *l.ead.* item pœna emendationis gratia adhibita *l.16.§.2* *de pæn.* Philoſophi vocare ſolent νυθεσίαν, κόλασιν, παραίνεσιν, ἰατρείαν ψυχῆς. Hujus pœnæ eſt, ut eum, quem ad v decora domeſticæ laudis exempla non provocant, correctionis medicina compellat *vid. l. un. C. de Emend. p* cujus pœnæ remedio egreſſus malitiæ operari poteſt greſſum virtutis. *cap. 9. q. 1. c. 32.* Fit autem hic mede modus per contraria. Nam quia omnis actio, præſert verò deliberata & frequens quandam gignit ſui pro vitatem, quæ adulta, *habitus* dicitur, ideo vitiis, qu primum fieri poteſt, adimenda eſt illecebra, quod fi rectiùs nequit, quàm ſi dolore quodam ſubſequente porem amittant dulcedinis. *Grot.*

## XLIII.

Hoc coercitionis jus datur Parentibus in liber Pater enim naturâ imperat liberis *Ariſtot. 8. Ethic. cap* *& 11.* Et ſunt verbera à Parente illata impunita, quo am emendationis gratia adhibentur *l.16. §.2. ff. de pæ* Iure & vi naturæ, ait *Plin. in paneg. ad Traian.* in ditio parentum ſunt liberi. Filium caſtigare jure Patriæ p teſtatis parens non prohibetur *l.3. C. de Patria poteſt.* rens ipſe in Filium ſtatuere poteſt *l.17. ff. de furt.* Qua

vis

vis & magiſtratus, ſi provectam ad inclementiores injurias liberorum improbitatem deprehenderit, læſam pietatem ſeveriùs vindicare poteſt *l. 4. C. de Patr. poteſt.* Si Filius Patrem vel Matrem, quos venerari oporteat, contumeliis afficiat, vel impias manus ejis inferat, ipſe magiſtratus delictum, ad publicam pietatem pertinens, vindicare debet. *l. 1. §. 2. ff. de obſequiis.* Damno etiam immeritæ libertatis mulctantur ingrati liberi *v. l. Vn. C. de ingr. liber. Cicero lib. 4. Rhetor. ad Herenn.* ait: Qui adoleſcentium peccatis ignoſci putant oportere, falluntur: Propterea quod ætas illa non eſt impedimento bonis ſtudijs. At ſapienter faciunt, qui adoleſcentes maximè caſtigant, ut quibus virtutibus omnem vitam tueri poſſunt, eas in ætate maturiſſima velint comparare. Datur item hoc coercitionis jus Domino in Servum. *l. 17. §. 1. l. 23. §. 1. ff. de uſufr. l. 15. §. 26. ff. de iniur. l. Vn. C. de Emend. ſerv.* item Senioribus propinquis in minores propinquos vid. *l. un. C. de Emend. propinq.* Præceptori item in Diſcipulum *arg. l. 6. ff. ad l. aquil.* Marito in uxorem *arg. Novell. 117. cap. 14.* Magiſtro in Diſcipulum *l. 16. §. 2. ff. de pœnis. l. 5. §. ult. ff. ad l. aquil.* Patrono in libertum *l. 7. §. 2. & l. 11. §. 7. ff. de iniur.* Amico etiam in amicum, integræ vitæ viro in maculatum hoc emendandi jus competere, ratio ipſa ſatis indicat. In verberibus tamen & generibus coactionis, rixarum vitandarum causâ, diſcrimen lex poſuit. Sic ſi alicui verba objiciantur, quæ contumeliæ ſpeciem, atq; ſic pro iniuriis haberi poſſunt, tamen ſi animo caſtigandi factum eſſe probet, non habetur pro injuria *vid. Bart. conſ. 104.* Et inter gradus innocentiæ numeratur, delinquentes corrigere. *vid. Gail. de p. pub. c. 1. n. ult.* Amicum caſtigare ob meritam noxiam immune eſt facinus, verùm in ætate utile *Plaut. in Trinum.*

 Magi-

Magiſtratui etiam conceditur emendandi jus in mi
morigeros *l.13.§.1.§.6.l.15.§.39.ff de iniur.*

XLIV.

Sed hoc genus pœnæ ad mortem pertingere
debet, aut ad membrorum mutilationem, nimia
ſævitiam, exceſſumvè. Non enim in immenſum h
poteſtatem extendi volumus, ait *Imp. in l. Vn. C. de*
*mend. prop.* Et Patria Poteſtas in pietate non atroci
conſiſtere debet *l. 5. ff. ad. l. Pomp.* Plus erga corrigen
agit benevolentia quam ſeveritas, plus cohorta
quam comminatio, plus caritas quàm poteſtas. *vid*
*c. licet. diſt. 45. add. Farinac. lib. 1. tit. 3. q. 17. n. 4.* Sic P
Filium, quem malè contra pietatem adfecit, cogitu
mancipare & ſucceſſione Filii privatur *l. ult. ff. ſi q*
*parent. manumiſ. l. 7. §. 2. ff. de iniur. l. 12. C. de Epiſc. audi*
*l. 6. C. de ſpectac. lib. 11.* Et ſine venia in jus vocatur Pa
ſi non vereatur urgere liberos ad Turpitudinem viv
di *l. 12. C. de epiſcop. audient.* Et Pater, qui Filium, lice
grave delictum necaverat, in inſulam deportatur *l. 5*
*ad l. Pomp. de Parr.* Ius enim vitæ & necis, quod o
Patribus in liberos erat *v. l. 11. ff. de liber. & poſth. l.*
*C. de Patr. poteſt.* Meritò ſublatum eſt. Et omninò
ſtrà, imò ſine caritatis & pietatis ratione annititur *B*
*nus de Rep. lib. 1. c. 4.* qui jus liberos occidendi Patri
reſtituendum putare voluit. Abdicatio etiam illa
terum, ἀποκήρυξις, quando ſpoliatis veſtibus certas
cauſas liberi ignominioſa miſſione abdicabantur,
manis legibus non comprobatur *l. 6. C. de Patri: Po*
Superſunt nihilominus alia remedia competentia
verſus ingratos & inobedientes. Sed & putant
nulli, ſi Pater Filium, qui crimen etiam capitale c
miſit, judici obtulerit, quod Filius ideo mitiùs ſit
ni

niendus, qua de re exſtat egregia hiſtoria *apud Ælian. lib. 1. cap. 34.* Sic porrò ob nimiam mariti ſævitiam matrimonium ſeparari poteſt, & marito nuptiale lucrum auferri *vid. Gail. 1. 17. n. 5.* Servus etiam cicatricibus non eſt deformandus *l. 17. §. 1. ff. de iniur.* Nam permittuntur quidem Dominis in ſervos, virgæ, lora, vincula, at non fuſtes, lapides, tela, venena, ferarum ungues, ignes. *l. Vn. c. de emend. ſerv.* Datur etiam liberto actio injuriarum adverſus Patronum, ſi atrox ſit injuria *l. 7. §. 2. ff. de iniur.* Etſine venia libertus Patronum in jus vocat, graviſſimâ injuria affectus *l. 10. §. 12. ff. de iu ius voc.* Quia leges injuriam intolerabilem prætextu reverentiæ defendere nolunt, *vid. Oldend. claſ. 1. act. 4. in pract.* Docenti etiam levis duntaxat caſtigatio permiſſa eſt, unde Sutor qui formâ calcei puero diſcenti cervicem percuſſerat, ut oculus perfunderetur, tenebatur aquiliâ *l. 5. ad l. aquil. l. 13. §. 4. ff. locati.* Sævitia Præceptoris culpæ adnumeratur *l. 6. ff. ad l. aquil.* Pertinet huc etiam D. Antonini reſcriptum *Inſt. l. 1. tit. de his qui ſui vel. al. Item Nov. 117. c. 14. Item l. 11. §. 1. 2. ff. ad. l. Corn. de ſicar.*

XLV.

Si autem omnis ſpes boni dempta, malitiaque alicujus inſanabilis ſit, animadverſio capitalis forſan eſſe poſſet: Quia minus malum eſſet, talem emori potiùs, quàm vivere, ſi indies vivendo deterior exiſtat. Quamvis nemo facilè pro tali deplorato aut incorrigibili (*ut ait c. licet 14. de accuſat.*) ſit habendus. Nemo enim deſperandus eſt, dum in hoc corpore conſtituitur, quia non nunquam, quod diffidentia ætatis differtur, conſilio maturiore perficitur *cap. 11. ancillam. q. 2. c. 32.* Pertinere hûc poteſt *dictum Senecæ*: Ne viperas quidem & Natrices, & ſi quæ morſu aut ictu nocent, affligeremus, ſi ut

reliqua

reliqua manſuefacere poſſemus, aut efficere, ne ne
aliiſque periculo eſſent. Ergo ne homini quidem n
bimus, quia peccavit, ſed ne peccet.

XLVI.

In Fine pœnis propoſito venit ſecundo loco con
randa VTILITAS EIVS, CUIVS INTERERAT PECCATVM N
ESSE, quæ in eo ſita eſt, ne quid poſthac tale patiatu
ab eodem, aut ab aliis. Animadverſio ſi prætermitt
tur, improba malorum audacia nihil intactum au
violatum relinqueret: Vltione igitur juſtâ, *ait Tac*
conſulendum ſecuritati. Ne quid igitur læſus ab eod
vel altero malum patiatur, caveri poteſt tribus mo
primùm quidem, ut tollatur, qui deliquit, & hoc
dem punitione apertâ & maximè conſpicuâ, quæ ex
plo ad deterrendos alios prodeſſe poterit. Secund
nocendi vires nocenti adimantur. Vindicanda eſt
litia in exemplum, ne quid poſtea delinquens, aut al
tale moliri poſſit. *arg. l. 6. in fin. ff. de cuſtod. re.* Tertiò ut
linquens malo ſuo dedoceatur delinquere, quo
mendatoria pœna efficit, de quâ ſuprà dictum.

XLVII.

In fine pœnis propoſito, venit tertiò conſide
da VTILITAS INDISTINCTÈ QVORVMLIBET,
in eo conſiſtit, ne alii, impunitate illecti, quibuſvis
leſti ſint. Delinquentes plerunque quempiam pr
tum lædunt, ſemper verò Rempublicam, ergo & vi
publicæ diſciplinæ pœnam exigendam poſtulat *l.*
*5. ff. de publ. & veſtig.* Nam & in pœnis cauſa immed
eſt favor Reipublicæ & cauſam immediatam oporte
tendi; *ita Soc. l. 1. in prin. Col. ult. ff. de V. O.* Et *Balad. in*
*diſtinctione illic tradita in l. ult. ubi & Salyc. C. de interd.*
*trim. Proſp. Farinac. lib. 1. tit. 3. quæſt. 17. n. 2.* Magna r

ſua

ſuadet pœnas ob maleficia exigi *l.70. §.5. ff. de fideiuſſ.* publicè expedit non manere impunita delicta, *l.51. §.2. ff. ad l. aquil. l.95. §.1. ff. de ſolut.* Fieri eo modo poteſt, ut unius ſit pœna, metus autem multorum *l. 1. C. ad l. Iul. rep.* Vt alii exemplo eorum perterriti à ſimilibus arceantur. *text. extra de cohab. cleric. & mulier. c. 3. in fin.* Cæterorum audacia pœnæ genere deterreri poteſt. *l. 7. C. ad l. Fab. de plagiar.* Exemplo alii deterrentur, ut minus delinquant *l. 6. §. 1. ff. de pœn.* Hoc pacto tuta eſt ab improbis innocentia, & in ipſis improbis, formidine ſupplicii, refrænatur audacia & nocendi facultas *text. in c. 1. & in c. factæ. diſt. 4. text. in §. Rex pacificus, in proœm. Decretal.* Delicta igitur puniuntur, ut delinquentes corrigantur, & alii à malis abſterreantur: aliàs reſp. corrueret, & rebellioni & vitiis cauſa præberetur. *Vid. Mynſ. decad. 5. reſponſ. 42. n. 14. Greg. Tholoz. lib. 10. de republ. cap. 1. n. 9.* Publicè enim intereſt, pœnam non facilè remittere, ne ad maleficia quiſquam temerè proſiliat. *l. 14. C. de pœnis. Deuter. 19. v. 20.*

## XLIIX.

Quia autem æquum non eſt, ut ſemper par ſit periculũ aut damnum nocentis & innocentis, ideò ſcelera majori modo interdum taxari, & meritum ad majus nocumentum extendi poteſt, quàm quod peccans intulit: Quod itidem facit ad conſtringendos malorum impetũs. Sic lex divina furtum quadruplo aut quintuplo vult lui. Cujuſmodi pœnarum taxatio in legibus eſt frequentiſſima: Sic concuſſio aut avaritia judicum punitur quadruplo *l. 1. C. ad l. Iul. repet.* Furti nec manifeſti actio eſt in duplum, manifeſti autem in quadruplum *§. conceptum Inſtit. de action. l. 13. §. 7. ff. de his qui not. infam.* Calumniatores tenentur intra annum in quadruplum



ejus

ejus pecuniæ, quam accepiſſe dicuntur. *l.1.ff.de calu*
Et talia quampl. *vid.l.1.C.ad l.Iul.rep.l.1.ff.de vi bon.r*
*l.1.ff.de ligno iunct.l.1.ff.ſi quis in teſt.lib.iuſſ.&c.*

XLIX.

Hinc & illud venire poteſt, quod delicta quæd non conſummata, aut tantum cogitata, inſtar conſu matorum nonnunquam puniantur, ubi nimirum diſ ſitio puniens affectum ſine effectu conſiderat: aut, actus interni, quatenus in externos influunt in æſti tionem veniunt, non quidem ſui propriè, ſed actu externorum, qui inde meriti ſui accipiunt qualitate & eo modo conatus puniri poteſt, quando nimirum actum exteriorem proceſſum fuit. *ait Iul.Clar.lib.5. in quæſt.91.n.1.l.1.§.2.ff.de extraord.Crim.* Et *l.6.C.ad l. mai.* ejus rationem reddit, quod ex eo tempore, c quis cogitationem hanc ſubiit, propter cogitation dignus ſit pœnâ. Quia quodammodo mente ſua pu tus eſt, ex quo quis ſceleratiſſimum cæpit conſilium *l. C.eod.* Qui venenum emit, ut Patri daret, quamvis n nocuerit, tenetur tamen lege Pompeia de Parricid.*l. fin.ff..ad l.Pomp.* Qui præcedente conſilio homines matos ad hoc collegit, ut damnum det, bonaúe rapi dolo malo facere putatur & puniendus videtur. *l.2. ff.vi bon.rapt.* Qui hominem occidendi animo vulner pro ſicario damnandus *l.1.& Divus.ff.ad l.Corn.de Si & eiuſmodi pl.al.* Prudentis autem judicis eſt, pœnam omni caſu, non ſecuto eventu, mitigare, niſi ob En mitatem ſpecialiter nonnulli exempti, & ob ſolum natum interdum æquè punibiles ſint, ſicuti recenſ tur crimina majeſtatis, raptûs, parricidii, aſſaſſionat Simoniæ, Infanticidii, Sodomiæ, Lenocinii, *vid. G*

*de p*

*de pac. p. l. 1. cap. 14. VVeſenb. ad l. Corn. de Sicar. n. 16. Tiraq. cauſ. 30. de pœnis. Iuli. Clar. lib. 5. in fin. quæſt. 92. per tot. Latiſſ. Menoch. lib. 2. arb. quæſt. cent. 4. cauſ. 60. per tot.*

L.

Evenire etiam poteſt, ut ſupplicia exacerbentur, quoties multis graſſantibus exemplo opus eſt, *l. 16. §. 10. ff. de pœn.* Invitamenta enim ad peccandum gravioribus remediis reprimenda ſunt, quæ quidem invitamenta ſunt vel FACILITAS, vel CONSVETVDO. Debemus enim iis, quæ non poſſunt in locis cuſtodiri, ſeveriorem cuſtodem legem addere; *vid. Proſp. Farinac. lib. 1. tit. 3. q. 18. n. 66.* cujus ſeveritatis eſt evidens utilitas *l. 1. §. 1. ff. de incend.* Hinc graviùs punit lex divina Furtum de paſcuò, quàm de domo *Exod. 22. v. 9.* Vt reprimatur illa multorum ad quidvis audendum ſceleris prompta audacia, qui non jure aut judicio, ſed vi armata, ſuum repoſcunt, unde gravis pœna, nimirum banni, contra violatores pacis publicæ, conſtituta eſt *v. Gail. p. p. l. 1. c. 1.* Quia augenda ſupplicia criminum, ad quæ multi ſunt proclives & facilior perpetrandi exſtat occaſio. *vid. latiſſ. Proſp. Farin. de prax. Crim. lib. 1. tit. 3. quæſt. 23.* Sic *Iuſtinus* refert ſe Scytis, apud eos nullum ſcelus furto gravius eſſe, quippe ſine tecto, munimentiſque pecora habentibus. Sic graviùs plectuntur in Africa meſſium incenſores, in Mæſia vitium, ubi metalla ſunt, adulteratores monetæ *l. 16. §. 9. ff. de pœn.* Scopeliſmus etiam in Arabia graviori animadverſioni ſubjacet *l. 9. ff. de extraord. Crim.* Veſtimenta lavantium gravioribus ſanctionibus ab injuriis defenduntur, quia nudis & aliud quid agentibus faciliùs quid ſurripi poteſt *tit. eſt. ff. de Fur. baln. ad. l. 3. in fin. ff. de off. præf. vigil.* Qui in incen-

dio, ruina, naufragio, rate, nave expugnata, dolo m
lo quid rapiunt, in quadruplum tenentur intra ann
*l.1. ff. de incend.* Nam in hiſce caſibus, res per tumult
incuſtoditæ, multorum injuriæ ſunt expoſitæ, publ
interfuit ſeveritatem adhiberi *VVeſenb. ad ff. eod. n. 2.*
mò Claudianis temporibus SCtum factum eſt, u
quis ex naufragio clavos, vel unicum ex his abſtule
omnium rerum nomine teneatur. *l. 3. §. 8. ff. de ince*
Abigei, ubi frequentius id genus maleficii eſt, duriſſi
puniuntur, & ad gladium, id eſt, ad ludi gladiat
damnationem damnantur *l. 1. ff. de abig.* Sic etiam, q
furtum eſt frequentiſſimum, cui coercendo nullæ
die cruces, nulla tormenta ſufficiunt, igitur omni
ferè populis (*VVeſenb. n. 15. ad ff. de furt*) tam gravis
ſpendii pœna placuit. Quamquam aliàs ejuſmodi p
na juri Divino incognita, ipſique rationali æquitat
tis dura videatur.

## LI.

Ob facinoris atrocitatem, augmentum pœna v
pro merito recipere poteſt: ſiquidem in atrociſſi
quibuſdam delictis conatur pro effectu punitur,
quò ſupra dictum. Quæ autem vocantur atrocia
atrociſſima docet *Clarus lib. 5. §. 1. n. 9. vid. Farin. lib. 1.*
*1. quæſt. 8. & in tit. 3. quæſt. 18. n. 61.* Pœna ergo exſu
ultra ſolitum propter immanitatem facinoris *arg. l.*
*ff. de off. præſ.* Et conceſſæ judicibus latiores habena
atrocioribus: Iuraq; propter enormia crimina ijs li
tranſgredi, *vid. Iul. Clar. all. lib. & §.* Sic poteſt ſine
gradatione executio fieri contra Clericos in atroc
mis delictis, *v. Tiraq. cauſ. 49. n. 36. Gail. de p. p. lib. 1.*
*n. 30. Proſper. Farin. l. 1. t. 1. quæſt. 8. n. 57.* Mulieres ob
trox aut gravius crimen non poſſunt frui benefi

*At*

*Auth. Hodie, C. de Cuſt. Reor.* Et licet mulieres ipſæ accuſare nequeant *l. 8. ff. de accuſat.* poſſunt tamen in atrocioribus *l. ult. ff. ad l. Iul. de annon. l. in quæſtionib. ff. ad l. Iul. Maieſt.* Sic nemo quidem obligatus eſt ad prodendum maleficium, quod tamen fallit in atroci *l. 6. ff. ad l. Pomp. l. 2. ff. eod. VVeſenb. ibid. n. 7.* Et quamvis regulariter in criminibus requirantur probationes luce meridianâ clariores, *l. ult. C. de probat.* tamen in Aſſaſſinii crimine, propter atrocitatem delicti probabilia argumenta ſufficere poſſunt, etiam ad pœnam corporis afflictivam imponendam. *vid. Clarus l. 5. §. aſſaſſin. n. 6.* Equidem ob beneficia & benemerita in rempubl. pœna mitiganda: tamen in graviſſimo, atrociſſimoque facinore, imprimis contra rempublicam, id ſæpe non fuit obſervatum, exempla exſtant apud *Livium, Plutarchum & Val. Maxim. vid. Tiraq. cauſ. 49. à not. 16. uſq. ad 47.*

LII.

Breviter itaque dictum eſt de his, quæ ſunt cauſæ, tanquam fontes juris æquitatiſvè, unde omne meritum erit æſtimandum, intra quod pœna conſiſtere neceſſe habet. Pœna igitur meritum egredi non debet, & meritum ipſum eſt perſonale. Negari autem non poſſe arbitramur, Impp. ICtos, æquitatiſque peritos tàm diverſos diverſiſque temporibus in dicendis ſententiis, ferendiſque pœnalibus legibus hùc vel imprimis collimaſſe, meritique æſtimationem ita penetraſſe, & legum variis ſanctionibus pœnarum inflictiones certas, non pro cujuſlibet lubitu variandas, conſtituiſſe. Sapientiſſimè *Papinianus* reſpondit, facti quidem quæſtionem in arbitrio judicantis eſſe, pœnæ verò perſecutionem non ejus voluntati mandari, ſed legis authoritati reſervari *l. 1. §. 4. ff. ad SCtum Turpill.* Ita enim judex ſtatuere

 debet

debet, ut à lege jam ſtatuta pœna eſt: Nimirũ in certis, quæ certa leg. hum. aut div. ſunt conſtituta *vid. Pr Farin. lib. 1. tit. 3. q. 17. n. 5. 6. Tiraq. latè in præf. Menoch. lib. 1. q. 96. n. 10. add. l. 13. §. 7. ff. de his qui not. inf.* Imò judex famiâ notatur interdũ, qui molliorem pœnam, qu lex præſtituit, protulerit *l. 8. in fin. C. ad l. Iul. de publ.* Quare in materia pœnali non fit extenſio de in caſum, nec de caſu vero ad caſum fictum. I diſpoſitio pœnalis nõ debet extendi de majori ad mi *v. Tiraq. cauſ. 13. n. 23. & 27.* Et inde illud etiam eſt, qu in libello accuſatorio non opus ſit concluſione ad c tam pœnam pro arbitrio aut cupidine partis, quia e privatus æſtimare non debet, ſed aut jure jam ea eſt c ſtituta, aut, ſi circumſtantia variet, ex adductis pro tionibus dilucidis, juxta meritum, de cujus æſtimat nis conſideratione diximus, judex procedere & ſent tiam formare poteſt. *Bar. in l. Divi fratres. ff. de pœnis. M ſil. conſ. 16. n. 32. Gail. lib. 1. 107. n. 11. Schneidvv. ad tit. de act §. curare. n. 44. Menoch. arb. lib. 1. q. 35. n. 12.*

LIII.

De taxatione pœnarum ergo hactenus diximus, ſum etiam eſt, non nihil addere, de *pœnarum ſublation* ſeu de pœnis tollendis. Eos autem, qui indulgenti pœnarum rigidè impugnant, viro bono licentiam p cendi denegantes, & rigorem exequendi ſemper po lantes *vid. alleg. à Proſp. Farin. lib. 1. tit. 3. q. 17. n. 3.* non n dò contra regulas civilis juſtitiæ, ſed etiam contra c ritatis Chriſtianæ dictamen peccare arbitramur. Pat *ajt Seneca*, niſi multæ & magnæ injuriæ Patientiam vicerunt, niſi plus eſt, quod timet, quàm quod damn non accedet ad decretorium ſtylum. Sanè quælil pœna gravior, aliquid habet, quod per ſe ſpectatur

n

non quidem juri ſummo, ſed charitati repugnat, facilè ergò patietur ratio, eâ abſtineri. Imò multis nocentibus multa & Deus & homines condonant, eoque nomine laudari ſolent. Quotquot enim ſunt homines, offendunt quotidie ſummam illam divinam Majeſtatem peccatis, quæ ratione ejus, qui offenditur, merentur infinitam pœnam, & tamen nemo eſt, qui poſtquam peccaverit, & jam flagellis Dei arctari & vinci conſideraverit, non recurrat ad ejus infinitam clementiam, & nolit ſibi indulgeri, *vid. Tholoz. lib. 11. cap. 12. n. 4.* Et ipſe omnipotens Deus, dum libenter noſtram pœnitentiam ſuſcepit, ipſe ſuo judicio, hoc, quod erravimus, abſcondit. *cap. apud. 10. q. 1. c. 32.* Summæ ergo patientiæ, Chriſtianæque virtutis & perfectionis exemplum arbitramur, ſi læſus, pro remedio doloris, non pœnam, vindictævè dulcedinem, ſed facilem oblivionem, & omnium condonationem amare, injuriaſque ignoſcendo mitigare meditetur. Niſi tamen fines pœnarum, de quibus diximus, ceſſare non poſſint: Et veniæ facilitas, *cap. 13. extra de vit. & honeſt. cler.* incentivum delinquendi non tribuat. Iudex enim ſine causâ clemens eſſe non poteſt, aut contra juſtitiæ debita, acceptionem Perſonarum habere, ne, dum ſtudet intempeſtivè ſingularem Perſonam conſervare & veluti partem corporis politici curare, vim toti corpori inferat.

LIV.

Dicimus autem & virum juſtum decere clementiam, quæ autem liberum arbitrium ſemper habere debet: Niſi enim gravius quid licuiſſet, Clementia locum & nomen non invenit. *Seneca lib. 1. de Clem. c. 20.* ait: quemadmodum non eſt magni animi, qui de alieno libera-

liberalis eſt, ſed ille, qui, quod alteri donat, ſibi de
hit: Ita clementem vocabo, non in alieno dolore f
lem, ſed eum, qui intelligit magni animi eſſe, in ſu
ma etiam potentia pati aliquid: nec quicquam eſſe g
rioſiùs Principe, impunè læſo. Poteſt autem exer
clementia vel in pœnis tollendis, vel minuendis. Iu
pœnam, ſi tutò poterit, donet, ſin minus, temp
*Senec. l. 1. de Clem. c. 20.*

LV.

Si igitur intra conceſſum puniendi modum pœn
minuere velimus, poterit ad hoc nos adducere char
& reſpectus ejus vel eorum, qui puniendi ſunt. Leg
ajunt, oportere quidem conſtitui rigidas, ſed pœnas
gibus exigi mitiores. Molliendas potius, ait Herm
*l. 42. ff. de pœn.* quàm exaſperandas interpretatione p
nas. Id enim, quia benignius eſt, præferendum. *l. 56. ff*
*R. I.* Et mitior lex ſequenda *l. 32. ff. de pœn.* Quod, ſic
de eo, ubi dubio quodam res non caret, dicitur, ita &
exercenda Clementiæ laude rationem ſubminiſtr
poteſt. Sic propter multitudinem reorum non eſt m
leficium debita alias ſeveritate puniendum, ne ſtra
multorum contingat. *vid. Clar. l. 5. §. fin. quæſt. 60. n*
*Gotof. ad l. 16. ff. ad l. Corn. de Sicar. Et elegant. & ampl. Ti*
*cauſ. 47. per tot.*

LVI.

Caritas innocentis etiam interdum permittit
jure ſtricto utamur. Nam ſi damnum innocentis pœ
exſecutio ſecum trahat, nocens potius impunitus r
linquendus, quàm ut innocens ſimul puniatur. Sin
creſcere Zizania, ait Chriſtus *Matth. 13. v. 29.* ne du
ea evellere vultis & triticum evellatis. Et Deus ob pa
ciſſimos bonos parcere ſolet magnæ malorum multi

di

dini *vid. Gen. 17. v. 23. ſeqq.* Sunt mali propter bonos tolerandi, & boni propter malos non deſerendi *text. not. cap. 10. q. 4. c. 23.* Satius eſt, ait *l. 5. ff. de pœn.* impunitum relinquere facinus nocentis, quàm innocentem damnare. *facit. l. 47. ff. de oblig.*

LVII.

Delinquens ſi plures habeat liberos, favore liberorũ, videtur mitiùs cum eo interdũ agi poſſe *vid. Tiraq. cauſ. 26. n. 1.* Quæ innocentiæ nequiverat abſolutio, reſpectui puerorum data eſt, ait *Val. Maxim. lib. 8. c. 1.* facit *text. not. in c. 2. extra de his qui filios occid.* Vtilis eſt illa obſervatio, juxta *Quintil. lib. 6.* quæ fit per chariſſima pignora, utique ſi reo ſint liberi, coniunx, Parentes. &c.

LIIX.

Vſu & experientia compertum eſt, confeſſionem delicti ad mitigandam, placandamvé iram, ulciſcendique cupiditatem ejus, in quem peccatum eſt, magnum habere momentum, tanquam id nobis natura præſcripſerit, ut mitiùs in confitentes agamus. Poterit ergo ſpontanea confeſſio clementiam interdum promereri. Miſericordiam conſequetur, qui confeſſus fuit ſcelera ſua, habetur *Proverb. cap. 24. v. 13.* congruit *l. 13. l. 15. §. 3. ff. de iure Fiſci. l. Vn. C. ne tut. vel. Curat. vectig.* Eſt enim, ut ait *Seneca*, quaſi medicina peccati, & proximum ad innocentem tenet locum, verecundia & peccati confeſſio; modò tamen ſit ſpontanea. Leges autem noſtræ hac de re diverſimodè loquuntur: Nam moderanda pœna edicti propter pœnitentiam *l. 11. ff. de in ius voc.* & pœnitentia prodeſt. *l. 4. §. 10. ff. de uſurp.* & uſucap. Veniam in ante actum dat *l. 1. §. 1. ff. de fugitiv.* Et cauſam criminis interimere poteſt *l. 1. C. de Crim. Stellion.* Rurſum autem ait *l. 65. ff. de furt.* quod nemo pœnitentiâ fur aut

nocens eſſe deſinat. *Et in l. 3. C. de apoſtat.* remedium pœ-
nitentiæ non ſuccurrit. *Et in l. 17. §. 1. ff. de ædil. edict.* Nec
mutato conſilio aut pœnitentia nocens eſſe deſinit. *Et
in l. 1. §. 25.* dolus commiſſus pœnitendo non purgatur.
Nec prodeſt raptori *per l. 5. ff. de vi bon. rapt.* ſi rem, quam
rapuit, ante judicium reſtituat. Videtur dicendum,
quod leges tantum caſib. expreſſis ſuccurrant, niſi ſtatim
ſubſequatur pœnitentia, eo enim caſu videtur pœni-
tens omnia in priſtinum ſtatum reponere, atque ſic
moderatio aut liberatio locum habere poteſt. Nam
factum, aut ſi alter eſt læſus, non excuſat pœnitentia
*vid. Jul. Clar. lib. 5. §. fin. quæſt. 60. n. 21. Menoch. lib. 2.*
*cent. 4. cauſ. 60. n. 13.*

## LIX.

Delictum curſu temporis, non deſinit quidem de-
lictum eſſe *l. 27. C. ad. l. Corn. de falſ.* Quia diuturnitas
temporis peccatum non minuit, ſed auget: tanto
ſunt graviora crimina, quantò diutius infelicem a-
nimam tenent alligatam *text. not. in c. 8. extra. de conſang.*
*& affin.* Tamen ſi delicta ſint momentanea, ut quæ ſe-
mel ſint perpetrata, & non ſucceſſiva, ut matrimoni-
um contra leges initum, hæreſis &c. diuturnitas tem-
poris clementem moderationem aut ſublationem pœ-
næ Iudici porrigere poterit. *l. 12. C. ad l. Corn. de falſ.*
*ff. de pœn.* Et ratio videtur, quod vita ſequens jam
benè rectè & longè à ſceleribus acta, ſatis oſtendat, il-
crimen non pervicaci quadem aut inveterata inge-
malitia perpetratum fuiſſe.

## LX.

Sed ſi quis baptiſmo, poſt patratum crimen donet-
annè is vel levius vel omninò non puniendus, ſunt
hoc, ſunt qui illud aſſerant, quia per Baptiſmum abo-

tur, quicquid dictum aut factum ab homine eſt. *cap. 7. quod autem q. 1. cauſ. 32. v. Tiraq. cauſ. 25.* ubi refert *n. 2.* Iudæum quendam, enormi crimine commiſſo, liberatum fuiſſe. Sed dicimus, quod abſolutio Eccleſiaſtica non intelligatur facta in præjudicium fori ſecularis. Nam quia Eccleſia cultrix juſtitiæ eſt. *1. Feud. tit. 13.* non defendet juſtè condemnatos. *v. Tiraq. loc. all. n. 3.* delinquentes etiam, licet plerumq; privatum, ſemper tamen remp. lædunt, *l. 9. §. 5. ff. de publican. & vectig. cum ſimil.* In quorum præjudicium non debet videri ab Eccleſia conceſſum beneficium *l. 2. §. 16. ff. ne quid in loc. publ.* Per Baptiſmum quidem liberari quis poteſt reatu pœnæ, quò ad Deum, remanebit tamen obligatus, quo ad homines & forum ſeculare.

LXI.

Si & fines, ob quos pœna inſtituta eſt, non neceſſaria connexione pœnam interdum reſpiciant, & alteri parti Clementiæ, quæ in tollendis pœnis conſiſtit, locus eſſe poteſt. Imò & ex mera Principis indulgentia crimen extingui poteſt, *l. 2. C. de gener. abol.* publicè indulgetur abolitio reorum *l. 17. ff. ad SCtum Turpi.* ob lætitiam vel honorem divinæ Domus abolitio fieri poteſt. *l. 12. ff. ad SCtũ Turp.* Vide de jure aggratiandi, ſeu aggratione, ut vocant, *Beſold. in Theſ.* in Begnadigung & gnadserweiſung. Sic & ob peritiam pœna interdum tolli poteſt *l. 31. ff. de pæn. v. Clarus lib. 5. §. ult. quæſt. 60. Tiraq. cauſ. 50. & cauſ. 16. n. 3. & in præf. n. 18. Vivius lib. 1. Communium opin. opin. 165. Menoch. lib. 1. arbit. quæſt. 96. vid. etiam Gregor. Tholoz. lib. 1. de rep. cap. 9. n. 41. 42. Maſcard. de probat. concl. 1269.*

LXII.

Sic & ſi alij fines occurrant ex oppoſito, non minus utiles ac neceſſarii, ut in delinquente, qui ſua benemerita, vel ſuorum Parentum repenſari digna, culpæ opponit.

 ponit.

ponit. Semper enim, ait *Cicero pro Flacco*, graves & ſapi-
entes judices in judicandis rebus, quid utilitas civi-
quid communis ſalus, quid reipublicæ tempora p-
rent, cogitare debent. *Valer. Max. lib. 8. c. 1.* refert, c
Scaurus, cujus ſalus criminibus obruebatur, pro
vetuſtiſſimam nobilitatem & recentem Patris men
am, fuerit abſolutus. Plautio Laterano remitteb
mors, quam ex ſceleribus meruerat, ob Patrium eg
um meritū *Tacit. lib. 2. Ann.* Poteſt etiam inſpecto vitę
cedentis actu, venia dari, *l. 3. §. 12. ff. de re milit.* habe
ratio ante actæ vitæ. *l. 5. in pr. ff. eod. l. ead. §. ult.* parc
ei, qui transfugit, ſed poſtea multos latrones
prehendit, transfugas demonſtravit, *add. l. 1.*
*l. Jul. de ambit. Fabius Orat. Inſtit. cap. de qualit.*
quod pro obtinenda clementia apud Iudicem hæc
precatio plurimum valeat, ex eo qui reus eſt, ſi in
præcedente innocens, aut ſi bene moratus ſit. Et *Cic*
*1. Rhet. ad. Herenn. ait*: Quæritur ignoſcendi ratio, ſi
ra aut majora officia, quam maleficia videbuntur
ſtare &c. Eſt Deprecatio locus celebris apud Orato
in qua non defenſio facti, ſed ignoſcendi poſtulatio
tinetur, de qua Cicero non uno in loco multa pro
cit, imprimis pro Annio Milone, cujus præclara n
ta aſpectanda diſſerit. Exſtant ſimilia apud *Saluſt*
*Livium, Quintilianum, Plutarchum. Pertinet huc etia*
*beratio Ionathæ 1. Reg. cap. 14.* Sed finiemus hîc Th
noſtras, non quod omnia, quæ dici oportuit, ſed q
pauca tantummodo ex ijs exhibita, & pro ratione i
tuti propoſita ſint. Longas Dd. ſeries, & vehicula
gationum omiſimus, iis fundamentis præcipuè intenti,
delictorum merita juſtè æſtimari poſſint. Æquus lector, ſ
exactè & ad palatum hinc inde poſitū quid invenerit,
nevolâ interpretatione ſubvenire velit.

*FINIS.*